IN POLYCARPIANAM EPISTOLARVM IGNATIANARVM

Syllogen ANNOTATIONES;

Numeris ad Marginem interiorem appositis respondentes:

In quibus

Græcorum Ignatii exemplarium, & inter se, & cum utrâque vetere Latinâ interpretatione, comparatio continetur.

OXONIÆ,
Excudebat HENRICUS HALL. 1644.

IN POLYCARPIANAM EPISTOLARVM IGNATIANARVM NOTATIONES;

Adpendis ad Marginem inscriptionem apposita respondentes:

JACOBUS ARMACHANUS Lectori S.

Ræci Ignatii editiones primariæ fuerunt duæ: *Tigurina* anno 1560. ex MS. codice *Gasparis à Myrica*, una cum *Johannis Brunneri* versione vel potiùs paraphrasi, ab Andreæ Gesnero exscripta, & *Dillingana*, anno 1557. ex *Augustana* Bibliothecæ exemplari, à Valentino Paceo publicata. Hanc reliqui secuti sunt editores: non ex Græco aliquo codice alio, sed partim ex ingenio, partim ex vetere vulgato Latino Interprete, non paucis in locis eundem corrigentes. Ita Ignatium, elegantioribus typis excusum, Parisiis anno 1558. & 1562. dedit Guilielmus Morelius: additis tum notatis, deinde quæ ipsi mutanda visa sunt, tum versione Latinâ (quæ & Parisiis anno 1561. impressa prodiit) *quamvis nec illa* (inquit [a] Vairlenius) *emendata mutis lectori per omnia satisfaciat; ut qua plurimis in locis pervestigia Veteris interpretis graditur.* Iterùm verò à Christophoro Plantino, Antverpiæ anno 1566. & 1572. seorsim, & à Johanne Jacobo Grynæo, Basileæ anno 1569. in Orthodoxographorum volumine, *Augustani* ille Ignatius (neque enim alium hîc *Codicem veterum Basileensem* cum [b] Mæstræo expectet Lector) eo quo diximus modo correctus, recusus est: novâ interpretatione Hieronymi Vairlenii Sylvii adjectâ, quæ (licèt in multis locis admodùm infida atque mutila) una cum brevibus ejusdem Vairlenii scholiis, ex Plantinianâ editione in variis Bibliothecæ Patrum editiones (Parisiis & Coloniæ excusas) postea traducta est.

[a] Hieron. Vairlen. Præfat. in Latinam suam Ignatii versionem.

[b] Mæstr. in epist. ad Mariam Cassobolit. not. 5.

Accessit deinde ad Ignatium Martialis Mæstræi industria: qui Latinam Vairlenii interpretationem emendavit & supplevit; atque insuper tùm suis, tùm Morelii, Vairlenii & [c] Billii in Ignatium observationibus simul collatis, amplioribus notis illustravit. Atque hujus Græco-Latinus Ignatius, & seperatim anno 1608. & in Bibliothecæ Patrum tomo 1. Græco-Latino anno 1624. Parisiis habetur editus. Sed omnium locupletissima Græco-Latina Genevensis anni 1629. est editio, à Nicolao Vedelio adornata: qui Latinum Mæstræi textum in margine passim correxit, Exercitationes pro antiquitate Catholicâ adversùs Baronium & Bellarminum singulis Epistolis attexuit, Apologiam pro Ignatii Scriptis præmisit, & Criticas notas vice Appendicis toti operi subjecit.

[c] Jacob. Bill. Sacrar. Observat. lib. 2. cap. 9.

Veteris quoque vulgatæ Latinæ Ignatii interpretationis editiones præcipuæ extiterunt duæ: *Jacobi Fabri Stapulensis* prior, *Symphoriani Champerii Lugdunensis* posterior. Primus enim *Ignatii* epistolas undecim, & *Polycarpi* ad Philippenses singularem, unâ cum Dionysio Areopagitæ adscriptis operibus, Parisiis anno 1498. Jacobus Faber in publicum proposuit: quæ cum iisdem, Argentinæ anno 1502. & Parisiis (à Judoco Clichtoveo recognitæ) anno 1519. seorsim vsq; Argentorati anno 1527. & alibi sunt recusæ. Ad hanc, in *Champerii* editione, aliarum quatuor epistolarum facta est accessio: ad *Mariam Cassabolitam*, sive *Castabolitem*, (è Græco ab Interprete Veteri conversæ) unius, ad B. *Mariam* Deiparam alterius, & ad S. *Johannem* duarum: quas omnes, cum Latinis Pseudo-Dionysii tùm antiquioribus versionibus, Coloniæ anno 1536. tùm Joachimi Perionii novâ, ibidem anno 1557. cum Pseudo-Clementis operibus, ibidem, anno 1570. & in Microprespytico, Basileæ anno 1550. impressas, simul cum commemoratis illis antiquioribus XI. Epistolarum editionibus, ob oculos hîc habui.

Neque his tamen contentus, Oxonienses duos Manuscriptos (vetustiorem è *Baliolensi*, recentiorem è *Magdalenensi* Collegii Bibliothecâ petitum) cum libris editis diligenter contuli. Et cùm intellexissem, in Bibliothecâ V. Cl. *Alexandri Petavii* Senatoris Parisiensis, *Pauli* Filii, vetustissimum exemplar aliud conservari; quicquid & illud continebat, humanissimi *Claudii Sarravii*, Senatoris itidem Parisiensis, beneficio sum consecutus; cui, eo nomine, quicumque Ignatii restitutioni bene cupiunt, summas debituri mecum sunt gratias.

Huic & veterem Interpretationem aliam, hucusque ineditam, mutâ duorum MSS^rum codicum collatione emendatiorem factam, subjunxi. Atque, ut aliquo hîc labore Lectorem sublevarem; quemadmodum in Græco contextu quæ à nostro hoc interprete aberant, minutis literis discriminandas à reliquis curavi; ita nunc quoque Græcorum exemplarium & inter se & cum utrâque versione vetere Latinâ comparationem adjiciendam censui. Neque enim illud mihi fuit propositum, ut scholiis aliquibus sententiam authoris & res ab eo tractatas explicarem; sed ut ea, quæ ex libris petita, ad genuinam sensûs Ignatiani lectionem aliquo modo conducere viderentur, uno sub aspectu collocarem. Quod ideò monendum duxi, ne quis expectaret, quod nobis præstare nunquam fuit in animo; & si quid, vel à nobis vel ex aliis, hujus generis adjectum occurreret; id *in ordinem* suum, & præter primarium institutum accessisse intelligeret.

IN POLYCARPI EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝ ΑΥΤΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙ) Lectionem *Polycarpus* Jacobus [illegible] Sadoletus, Gracum primus in publicum proposuit. Explic. Hallo- [illegible] ... antiquo 17 codice Sirmondo exscripsit, quem Romæ [illegible] ... Turrianus apographo descripsit. Quorum & alterum collatum [illegible] ... cod. ex Andrea Schotti apographo traduxit. Ignotus Vaticanus communicabat Gabriel Cossinius de Bonis Barnabæ, jam proximus. Dr. Usserius, quod narrat Alphonsus Salmeron (in Pauli ad Philippenses epistolam scribens) *ipsi mutila & depravata aliquot abhinc annis è Typographia, jam integram & plenam restitutam ex Vaticano de Græcis quoque integris aliquibus in Germaniâ delitescentibus conclusionem hanc* (in Notationibus ad cap. 17. Vitæ Polycarpi) dicit Halloixius. *Integram S. Polycarpi epistolam Græcam in Germania fuisse confectam, ex veteri, sed mendosa, ubique scripta exemplari, quod in Bibliotheca Regia Parisiensi asservatur, ad quod in Monasterio Sithiensi per Ethericum Petrum anno Salutis 1550. fuerit exemplar correctum, nihilo antegnotem fuisse editionem illam, quam anno 1529. Basileæ ex officinâ Adami Petri prodiisse; neque plenioris hanc, quam quæ vel Argentinæ 1501. vel Lutetiæ Parisiorum anno 1498. typis excusæ, vel in antiquissimis codicibus adhuc cernitur exarata.* Ut Basiliensis editionis sive integram epistolam, sive partem illius aliquam, à recentiore profectam fuisse Interprete (prima quam tollit epistolæ Græcum superstites exemplar) non aliud quàm suave habendum sit indicium, [illegible] ... Basileæ, ita ἀναΣΩΣαι, &c. ὑμᾶς ἐπαινῶ (decem legendum pro uno) ... Deinde in eam palmarium exemplar. Quod [illegible] ... Epistolarum à B. Paulo ad Philippenses scriptarum *exemplar* Polycarpo commune, ... Quum hoc affirmat Salmeron, *quis præter illum ad Philippenses, utramvis ad Thessalonicenses tanquam sibi scriptas agnoscere debebant, qui in una ex eadem Macedonia urbe prædicarunt?* Pagina autem 17. ubi de uxorum officio agitur, *parentis instar* appellandas putarunt; ut ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναβλέπειν, respicere ad virum, in priori membro, ad infinitivum, *ut subaudiri oportuit* conferri in posteriore. [illegible] ... Ὅτι ἐὰν ἀξίως τοῦ Θεοῦ πολιτεύσωμεν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι συμβασιλεύσομεν, ὡς ὑπέσχετο ἡμῖν γράψας ἐστὶν ἃ λέγομεν, ὑμῶν οὐκ ὄντων ἀπίστων. Ἐκεῖνος γὰρ ἐμαρτύρησεν περὶ πάντων ἡμῶν, ὅτι οὐκ ἐν ὑμῖν μόνοις ἐστὶν ἡ πίστις, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Ἐκεῖνος ἐμαρτύρησεν ἐν ἐπιστολαῖς ἑαυτοῦ, ἐν αἷς ἐὰν ἐγκύψητε, δυνήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὸν δοθέντα ὑμῖν λόγον. Ἐκεῖνος γὰρ

ἀναγρ. hoc ipsum fuisse mutatum. Sub finem eiusdem epistolæ illius, honorandas viduas olim legimus, ut supra vidimus, & *fecit viduas Deo*: eamque comparationem in consentiens illis Apostolorum διατάγῃ aliquoties repetitam invenimus, ut in lib. II. cap. 16. τὰς χήρας ἐν λόγῳ τῆς πίστεως ἐκλεγῆναι τῷ θεῷ προσευχὰς ἀεὶ ὑπὲρ πάντων ποιουμένας. *Viduas & pueros orationibus, quas illæ Deo repræsentent.* & lib. III. cap. 6. Τὰς ἐν ὑστερήσει χήρας τῷ θεῷ, ὡς θυσιαστήριον ἅγιον. *Inopes viduas sic esse habere Deo, & domus sedeat.* ejusdémque libri capite 11. ἡ χήρα σεμνυνέσθω ὡς τὸ θυσιαστήριον ἵνα τὸ δῶρον ἅγιον δυσωδίαν λοιπὸν ἀπάρχηται. *Vidua precetur pro eo, qui dedit, quicunque ille sit; odore ipsa tanquam altare Christi,* ubi ratio comparationis sublimiori videatur, & in aliorum indigentium causa, libro IIII. capite 2. paulo latius explicata. Θυσιαστήριον γὰρ τὸ ἅγιον ἐν οὐρανοῖς, ὡς φησὶν ὁ λόγος, ὁ τοῦ θεοῦ παιδαγωγὸς, ὁ τῶν ἀποστόλων ἐξηγητὴς. *Altare enim in cœlis, ut ait Dei Verbum institutor, Apostolorum interpres.* Quâ ratione etiam Clemens Alexandrinus, libro V. Stromatum, ἐμψύχου θυσιαστηρίου, ἀγαθὸν τὸν δίκαιον ψυχὴν, ἢ τὸν ἀπὸ τούτου ἀναλεγόμενον νοῦν λόγῳ ἁγίῳ, appellat.

4. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογήσῃ ἀγνοίαν.) Salmasii exemplar πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ἀγνοήσῃ habet: & ἀγνοίαν vitiosè legit vetus Interpres, pro ἀγνίαν. Vertit enim: *omnem ignorantiam præsidaneum*, vel *præsudaneum*, ut in Petaviano scriptum est codice.

5. Περὶ τοῦ σταυροῦ δὲ τοῦ Σατανᾶ.) Irenæi *Marcionem* Polycarpi idem; Ἐπιγνόντα ὃν ἐκ τῶν προγενομένων τοῦ Σατανᾶ, *Cognoscere se primogenitum Satanæ*, apud Irenæum, lib. 3. adversus hæres. cap. 3. quomodo & Ἐφραὶμ magum ἐκ τοῦ διαβόλου *filium Diaboli* B. Paulus, Act. XIII. 10. & *Simonem* magum (primitivorum hæreticorum parentem) τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ, *primogenitum ipsius filium*, appellat Ignatianæ ad Trallianos epistolæ interpolator.

6. Τὸν μὲν ἡμῶν ἀναστάντα, εἰς δὲ ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγηγερμένα.) *Primum* membrum eodem modo legunt, non solùm in nostro Polycarpo Græco, sed etiam apud Eusebium, lib. V. hist. cap. 20. Symeonem) Metaphrastam, in vita Ignatii, & Nicephorum Callisti, lib. 3. hist. cap. 19. eum locum allegantes. Rufinus tamen Eusebii, & Polycarpi Vetus Interpres, *hæc quæ pro ipsis & pro nobis mortuum est*, hîc reddidit: pro quo apud Adonem, Ruffinianam versionem secutum, in libello *de festivitatibus Apostolorum* (XV. Kalend. Januar.) excusum reperitur: *qui pro ipsis & pro omnibus mortuus est.* In membro *posteriore*, Κἀκεῖνα τοῦ θεοῦ ἐγηγερμένα, ex Eusebii & Nicephori emendatione (nam post ὑπὸ, Græcum Salmasii, quo usi sumus, deficit nos exemplar) hîc supplevimus: licèt possimus ἐγηγερμένα & veteris nostri Interpretis authoritas quæ, *à Deo resuscitatus*, veritati & ipsi constructionis propriæ valet. Unde Metaphrastes ἐγηγερμένα in Græco, & Rufinus *resuscitata* in suo ita verterunt Latino; ut illud, ἀνέστη τοῦ θεοῦ, *à Deo*, ut minùs cum eo cohærens, utrique præterierint. Horum Ignatii scriptor anonymus, Polycarpi locum hunc ita interpolatum nobis exhibuit. τὸν μὲν ἡμῶν ἀναστάντα λαοῖς, τὸν γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὧν ἡμεῖς πληροφορούμεθα ἐσμὲν. ubi rursus Latinus eorundem interpres tantùm habet, *eum qui pro nobis resurrexit ab Christum, & à Deo resuscitatus.*

7. Νῦν δὲ οὐδέπω γινώσκομεν.) Vitiosè hîc verbis scribitur, quum suos Paulus ad Thessalonicenses scripsit epistolas; licèt nondum Christo nomen dedissent. A quo tempore, cum ad annum usque Christi CLXIX. quo martyrium subiit, vitam ille produxerit; admodùm longævus illum fuisse necesse est. de quo in Prolegomenis, Smyrnæorum de excessu ipsius Epistola præfixo, diximus.

8. Τὸ γὰρ ἐμὲ ἀναστῆσαι χρήσεται ὁ θεὸς σὺν αὐτῷ.) Pro ἐμὲ, in Nicephoro & quibusdam Eusebii exemplaribus legitur, ἡμᾶς, quod & Rufinus secutus fuisse videtur, quum *nobiscum*, *deserat literam ad* τὸ, & Polycarpi vetus Interpres quum *vestri*, *deserat literam*

[illegible] adverterens Jacobus Faber, (*quas & ipsemet ad me*) [illegible] fidem. Ubi tamen & nostrum hunc Polycarpi & Eusebii interpretem Rufinum denique fuisse apparet, de literis ad *Philippenses* [illegible] dándæ litteram intelligamus; vel ab ipsis Philippensibus [illegible] Smyrnæis suis, ὑπ' ἀλλήλων hîc legendum fuerit. quod profecto ita est, Ignatii verba illa, in epistolâ ad Smyrnæos, secundum mentem accipi. Ὁ γὰρ τοῦτο ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὅτι θέλει, ἐὰν μόνον ᾖ ἐπὶ θεοῦ [illegible] *Quod mihi dignum factu esse possum, hoc est, ut eligatur à Deo, cui sacrificium offeram.* Quod & Antiochenos videliset in Syriâ.) *ut quod eum illi glorificent Deum de evangelio, quem in Deo confitentur simul.*

9. Τὸν ὁσιώτατον Ἰγνάτιον πάντες μαρτύρων ἴσμεν ὑπερ.) Ita locum hunc mirum Ruinartius, Stephanius & Grotius Senecæ Ignatii scripsêre anonymus: quem *hyperbolen* esse laudationem, egregiè docuit Baronius, post quem Cotelerius Polycarpi interpres hîc habet, *Epistolam Ignatii, quæ transfixis fuit velut ab eo tela alius, ab eo*; (Græco ὑπ' ἀυτῦ respondens) ex Magdalenensis Collegii exemplari restituimus: quod alii codices in *solem* erasmum mutarunt.

10. Καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἔγραψεν περὶ αὐτῆς.) Vide nostrum de Ignatii & Polycarpi scriptis Dissertationem, cap. 2. pag. 9. In eo verò quod sequitur, ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνάμεθα, anonymus martyrii S. Ignatii descriptor legit ἀφεληθῆναι, quomodo & vetus Polycarpi interpres reddidit: *ex quibus magnas vobis utilitates possidetis.*

11. Ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ, ἣν διέπεμψε πρὸς ἡμᾶς.) Quod genus appositionis, significate. Hujus ita in Bibliothecâ suâ, de Polycarpi hâc ad Philippenses epistolâ agens, meminit Photius. Λέγει δὲ καὶ ἐπιστολὴν αὐτοῦ Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου ἀναγνῶναι, ἣ αὐτὸς ἐκεῖθεν ἀπεστάλη πρὸς αὐτόν, εἴ τι ἄρα ἐκεῖνος ἐπεζήτησεν. *Dicit & epistolam Ignatii Theophori ad eos se misisse; petitque ab illis, si quid de eo sciscitarentur, edocere.* In Halloixii tamen editione verba ista sunt omissa: quæ docent circa annum Dom. CVI, eodem videlicet tempore, quo à Syriâ ad martyrium Romam abductus est S. Ignatius, scriptam à Polycarpo istam fuisse epistolam. *in quâ*, inquit idem Halloixius, *cum cetera & innumera, quibus eam sermonis, sanctitas, ac doctrinæ dissertissimi, repleverunt; quia ipsius Martyris gravitati fas, dubitari non potest. Nam & formæ fidei rectæ, atque gubernatæ normam (quam hominem hâc de re posse nihilosse dimovere) clarè in ea docent, & testimonia, quæ illic citari à primis Ecclesiæ Patribus observant, multo comperiemus & frequentiùs communitatem cum perfecutata sinceritate atque simplicitate, juxta ecclesiasticam interpretandi formam, (quibus eam elucidare Christus pollicitus) passim sese offerunt atque ostendunt: ita ut ad perfectum opus absque ullo dubitationis amplius quicquam possit.* Hæc ille. In Latina verò codice D. Alexandri Petavii, eam Epistolæ hîc conclusionem. *Incolumes estote in Domino Jesu Christo & gratiâ ejus omnes cum vestris.*

In eundem Polycarpi epistolam, Patricii Junii Notula Critica.

Pag. 14. lin. 27. Latin. *multo errore*) sont, *malorum.* ꝛc in Græco

Pag. 15. lin. 2. ἐφ' ἑαυτοῦ) sont, ἐφ' ἑαυτοῦς

[illegible] quod sciam, obtinuerit. Sed nihil mutes. [illegible] ὑπερεύχεσθαι, ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀνθρώπων, ὑπὲρ τῶν σταυρούντων ὑμᾶς, ὑπὲρ τοῦ καρπὸν πᾶσιν φανερὸν εἶναι τοὺς προκόπτοντας ἐν αὐτοῖς. [illegible] ἐν τῷ ἐπιστολῷ τῷ πρὸς Φιλιππησίους. Suidas: Ἱλαρὸν, πρόθυμον, εὐχάριστον. Ἱλαρὸς γὰρ ὁ ἐν χαρᾷ ὤν. Ita in Lexico Hesychii Græco ἱλαρὸς est πρόθυμος, in Cyrilli Græco-Latino προθύμως, [illegible]

propter &c. in Philadelph. *Latinus Graeco propior videtur.*]

Ibid. lin. 15. *μετανοοῦντι*) Male *μετανοοῦσι*.

Pag. 16. lin. 11. *Latinus* fort. *ἐξ ἀμαθίας*.

Ibid. lin. 13. *ἀναπαύσεως*) MS. *ἀναπαύσεως*.

Pag. 17. lin. 5. *ὑμᾶς*) forte *ἡμᾶς*.

Ibid. lin. ult. *ἀγαθοῦ* ut *Πίστεως*.

Pag. 18. lin. ult. *ἀποστολικῶν*, supplendum videtur ex Clemente nostro pag. 3. quem *Anglorum quilibet hæc semper Polycarpus, μαθητὴς*. Vel legendum cum Latino *ἀπὸ πρεσβ. τὰ παρόντα τὰ ἀκόλουθα ἡμῖν συνεβούλευσε, ἀποστολικῶν*.

Pag. 19. lin. 3. *Τὸ ἀναπαυόμενον*) fort. *τὸ ἀναπαυόμενος*. nisi forte, *ἀδελφόν*, intelligatur: quod durius culum videtur, quum statim sequatur, *πατρὸς ἀδελφός*; ingenere masculino.

Pag. 20. lin. 3. Latin. *qui in hyperiis partibus nomen Domini*) fort. *qui in hyperiis*. [MS. Petavianus habet, *qui imperium nomen Dom.* Jacobus Fabet suppleviit, *qui in hanc partem apud n. D.* Pro quo nos, ex Magdalenensi MS. substituimus, *qui in hyperiis*, vel, *hyperiis* potius, conveniente Græco, *ἐν τῷ ὑπερείῳ*.]

Ibid. lin. 23. *Παντιανῷλω*) Vox est Clementis, quam vix alibi reperias. Greg. Nazianzen. pro eâ utitur voce, *παντιανὸν*. [Vulgat. Latin. hic habet, *animum prosperatorem*. Sed ex Magdal. MS. reposuimus, *animum perfectorem*.]

Pag. 21. lin. 14. *ἀδελφῷ*) fort. *ἀδελφῶν*. [MS. Salmas. *ἀδελφοῖς*.]

Ibid. lin. 21. *ἂν ἴδητε*) MS. *ἐὰν γ' ἴδητε*. Apud Euseb. *ἐὰν ἴδητε*.

Pag. 22. lin. 2. post *ἀνὴρ*, supplendum forte, *ἀποδέκτης*, vel. Vide Clementem, pag. 6.

Pag. 23. lin. 25. *ὑμᾶς*) fort. *ἡμᾶς*. Ita Latinus interpres: & sensus ita legendum esse iudicet.

Ibid. lin. 28. *πίμπλω*) Euseb. legit, *πίμπω*.

In Ignatii epistol. ad EPHESIOS.

1. *Καὶ*) Qui à nobis nunc primùm editus est vetus Latinus interpres, quem à patriâ *deinceps Anglicanum* nominabimus, legit *χάριν, γράμ.*

2. *Ἀποδεξάμενος*) Ita Græcus codex Nydpriccianus: sed Augustanus, *Ἀποδεξάμενον*. Veteris interpretis Latini editiones vulgatæ, priore modo legunt, *susceptus*: sed MSS. potiore, *susceptum*. ut & à nobis editus Anglicanus interpres, *Acceptanus*.

3. *Τὸ ὀνομαζόμενον ὑπομονῇ*) Ad Ephesiorum nomen aliquid esse cum hic existimat Vossius, & antea illum Anglicanus scisset, id verba hæc novatum hanc apponentes: *Ephesii Græcè, desiderantes Latinè, Ephesii desiderabiles dicuntur*. & alterum ad sequentia illa; *τὸ συγγενικὸν ὑμῶν ἔργον, cognatum opus; sc. vestro nomini & desiderio sanctis, quod accessistis in sanguine Jesu Christi*. Unde illis jure merito nomen hoc inditum addit Ignatius, non *Sanctos*, sed *quibus Ephesii vel dicuntur*. ut hic fortè legendum monuit doctissimus Junius noster. qui hinc etiam illud in superiore hujus epistolæ inscriptione emendari posse existimat, *ἐν* pro, *ὁ πάσης ἐκκλησίας*, legatur, *ἣν πάσῃ ἐκκλησίᾳ*.

4. *Μιμητὰς ὄντες* &c.) Quid si verba sic interpungantur (inquit idem) & legantur, *μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἵνα καὶ ὑμεῖς πάντα συμπαραπέμψητε*. quam vocem, *reverentes*, addidit Anglicanus: ubi vulgatus autem Interpres *mansuetos*, ac si legisset, *ζωοπρεπεῖς*. *τὸ συγγενικὸν ὑμῶν ἔργον*] Anglicanus (ut dictum est) *cognatum*; vulgatus *congenium*. Sic enim habent libri MSS. non, ut Jacobus Fabet edidit, *regenerationis charitatis genium* quis.

6.

6. ὑπὲρ Ἰησοῦ, τῆς κοινῆς ἐλπίδος.) Ita etiam in hujus fine, & sub initium epistolæ ad Trallianos pro loquitur noster Ignatius. In Scripturâ enim Christus *spes*, non *Spiritus* tantùm dicitur, Act. 28. 20. sed etiam *noster*, 1. Tim. 1. 1. In Anglicano nostro Interprete hîc legitur; *pro communi nomine & spe*: & in Magdalenensi vulgatæ versionis exemplari; *pro Christo & spe communi*. Communis autem spes, ut *communis fides*, Tit. 1. 4. & *nostra communia*, in B. Judæ epistolâ.

7. τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀπειλημμένων θεῶν σεσιτισμένων τε δυσίαις) Vulgatus Interpres addidit, ex B. Pauli epistolâ ad hos ipsos Ephesios, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, *in odorem bonæ suavitatis*: Anglicanus verò, his omnibus prætermissis, eorum loco substituit; *victimis festinatis*, absque quibus, sensus Ignatii videretur hîc hærere satis perplexus: quem tamen Mæstræus ita extricare conatus est. *Postquàm audivisti me vinctum à Syriâ abduci pro Christo, qui spes est nostra communis, confidéque ut vestris precibus assequerer &c. succensus in vobis igne charitatis, per meritum sanguinis Christi, paratum vobis & familiare opus consummâssem.*

8. Ἐγὼ μὲν οὖν) Ita codex Nydpruccianus. ubi Augustanus habet, Ἐμοὶ οὖν. Priorem lectionem secutus est Anglicanus, posteriorem verus vulgatus Ignatii interpres. Nos priorem retinuimus: ne sequens sententia in Græco contextu suspensa relinqueretur & imperfecta.

9. Ὀνησίμῳ) Ignatium in hâc ad Ephesios epistolâ, meminisse *pastoris* ipsorum Onesimi, refert Eusebius libro 3. histor. cap. 36. quomodo & infrà, in epistolâ ad Antiochenos, nominatur idem ὁ Ἐφεσίων ποιμὴν, *Ephesiorum pastor*, id est, Episcopus. Hanc eum esse, de quo S. Paulus Apostolus ad Philemonem scribit, & post S. Timotheum Ephesiorum ordinatum ab eo fuisse Episcopum; in libello de festivitatibus Apostolorum, ad XIIII. Kalend. Mart. affirmat Ado. Eundémque Philemonis servum à B. Paulo Ephesinæ ecclesiæ post Timotheum constitutum fuisse Episcopum, in Bedæ, Notkeri, & Romano Martyrologio, ad eundem diem, similiter legimus. Quod si verum: non alius Ephesinæ ecclesiæ quærendus fuerit *Angelus*, cui in II. Apocalypseos capitulo scribendæ à Domino mandantur literæ, quàm hic ipse Onesimus: In Græcorum verò Menæis, & Symeone Metaphrastâ, die præcedente memoria ejus celebratur: sed Ephesinus ipsius episcopatus ab illis omninò non agnoscitur. Et verò in Clementinis Constitutionibus, lib. VII. cap. 46. ille Philemonis Onesimus Beroææ in Macedoniâ ab Apostolis constitutus fuisse dicitur episcopus: & Gaium, cujus Apostolus meminit, post Timotheum Ephesiorum fuisse episcopum, in Synopsi suâ Dorotheus affirmat. Ut Gaio huic (quem Ephesi fuisse episcopum, etiam in inedito Hippolyti de LXX. discipulis libello legimus) successisse videatur ab Ignatio nostro laudatus Onesimus: seniore illo, ante hanc ab eo scriptam epistolam, sub Domitiano martyrio jam coronato; ut in libro 3°. historiæ suæ cap. 11. Nicephorus significat.

10. καὶ ὃν ἀγαπῶ ἀδιηγήτως) Similiter & Anglicanus noster: *qui in charitate inenarrabilis est*, ubi vulgatus interpres habet, *dilecto scriptore nostro*, vel ut nos (non solùm ex Magdalenensi & Petaviano MS. sed etiam ex Adone, in loco jam citato) restituimus; *dilecto præceptore nostro*, ac si ἀδιηγήτῳ legisset is, pro ἀδιηγήτως.

11. ἐν ὁμοιώματι αὐτῆς εἶναι.) Anglicanus: *ipsi in similitudine esse*. Vet. vulgat. *in concordiâ ejus in ipso esse*.

12. τῆς ἐκκλησίας) Anglican. *vestri*.

13. ὑποταγῇ) Anglican. *subjectione*. Vet. vulgat. *perfectione*; vel, ut in MS. Magdalenensi legitur, *præceptione*. Paulo pòst, *in eâdem scientiâ*, ex tribus MSS. reposuimus; ubi Jacobus Faber (ex meliori fortasse exemplari) *in eâdem sententiâ*, edidit.

14. συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ) Anglican. *concurrere Episcopi sententiæ*. Vet. vulgat. *Pastorum dispositionem sequi*.

15. πρεσβυτέριον) Anglican. *vestrum Presbyterium.*

16. ὡς χορδὴ κιθάρα.) Eâdem similitudine utitur etiam in epistolâ ad Philadelphenos, de Episcopo ejusque verba faciens. Συνήρμοσται τοῖς ἐντολαῖς Κυρίου καὶ τοῖς ἀποστόλοις, ὡς χορδὴ τῇ κιθάρᾳ. *Sese composuit ad Christi mandata & justificationes, ut nervi optatè sonat citharæ.*

17. συνδεδεμένοι ὄντι τῇ ὁμοφοίᾳ καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ, ἥτις ἐστὶν ἀρχηγὸς καὶ φύλαξ Ἰησοῦς ὁ Χριστός.) Anglican. *Propter hoc in consensu vestro & consonâ charitate Jesum Christum canitur.* Græcus textus uberior est: sed imperfecta tamen in eo pendet sententia.

18. περισσῶς σύμφωνοι &c. ὑπόκρισις μοχθηρά.) Pro istis, in Anglicano nostro legimus. *Qui igitur non venit in eadem sic, jam superbit, & seipsum condemnavit.* Quod autem inter miniata illa legitur, ἐν βωμῷ θυσιῶν, & à vulgato Latino interprete redditur *in congregationem* (vel *congregatione*, ut libri editi habent) *sacrificiorum*; suppositum existimat Nicolaus Vedelius pro, ἐν βωμῷ θ' ὁσίων, *in consilio sanctorum*, Johannes verò Halesius pro, ἐν πόλει Θεοῦ ζῶντος, *in civitate Dei viventis.* contractione θῦ ζωντ. haud satis ab illo percepta, qui non animadvertit, ex eodem Apostoli loco (Hebr. 12.) verba ista fuisse desumpta, unde & proximè subsequentia, καὶ ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανῷ.

19. Σπεύδωμεν, ἀγαπητοί, ἀνθιστάμενοι τῷ ἐπισκόπῳ) Anglican. *Festinemus igitur non resistere Episcopo; ut simus Deo subjecti: & quantum videt quis tacentem Episcopum, plus ipsum timeat.* Antonius in Melissâ, lib. 2. cap. 3. eodem ferè modo locum hunc Ignatii producit; omissis illis omnibus, quæ in vulgatis editionibus interjecta cernimus. Vid. Prolegomen. cap. XVII. pag. 133, 134.

20. Τὸν ἐν σιγῇ λόγον, λέγει ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν, τὸ Κυρίου παρεῖναι.) Antonius, in loco citato, brevius. Τὸν ἐν σιγῇ λόγον ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν.

21. τῇ ἀληθείᾳ πειθόμενοι καὶ διδασκαλίᾳ.) Anglican. *loquentem in veritate.*

22. Ἰατρὸς δὲ εἷς ἐστιν ὁ μόνος &c. usque ad, πονηρίας ὑπομιμνήσκει.) Pro istis, noster Interpres rarum habet. *Unus medicus est, carnalis & spiritualis, genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in mortali* (ita enim legendum) *vita vera, & ex Maria & ex Deo, primò passibilis & tunc impassibilis, Dominus Christus noster.* reliquis omnibus prætermissis: quæ etiam ab exemplaribus quibus olim usi fuerunt Athanasius, Theodoretus & Gelasius, abfuisse, suprà in Prolegomen. cap III. pag. 16, 17, 18. declaravimus.

23. ἄλλοι γὰρ ἐσὺ Θεῦ.) Codex Nydpruccianus, ἄλως, legit. Anglican. *toti existentes Dei.* Vulgatæ editiones veteris versionis Latinæ: *homines enim estis.* MS. Magdalenenſis: *omnes enim estis.* Baliolenſis & Petavianus, uti à nobis est editum: *unum etenim omnes estis.*

24. βάσανον ἐπιφέρειν,) Anglican. *torquere.* Vet. vulgar, *tormentum superinducere.* Vedelius: *probationem abducere*, aut, *integritatem quasi Lydio lapide exploratam obducere*, seu, *tegere*, quandoquidem βάσανος, non tormentum solùm, sed etiam Lydium lapidem, & examen quod eo fit, significet.

25. Περισσὰ δὲ ὑμῖν,) Novam hîc periodum incipit codex utérque Græcus, Augustanus & Nydpruccianus: in quorum posteriore, additur & initio particula δὲ, & fini verbum ἐκδέλλετο. Quæ, licèt nec in Augustano exemplari neque in utroque vetere Latino interprete compareant, retinere tamen visum fuit; ne sensus alioqui penderet imperfectus. Περισσὰ autem vocem, à B. Paulo quoque in 2. Corinth. 4. 13. usurpatam, in Latinâ suâ versione hîc retinet noster interpres.

26. Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πρᾶξαι οὐ δύνανται, οὐδ' οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά.) Citatur hæc Ignatii sententia à Jo. Damasceno, in Parallel. lib. 3. cap. 66.

27. οἱς

27. οἷς οὐκ ἐδώκατε πλεονὸν αὐτοῖς τὸ ζιζάνια.) Anglican. *Quos non dimisistis seminare in vos.* Vet. vulgat. *Quibus non tribuistis secus viam seminare zizania.* (vel, ut MSS. legunt, *zizaniam.*) Vedelius: *Quibus non permisistis, ut in transitu seminarent zizania.* vocabulo πλεονὸν adverbialiter sumpto, pro eo, quod aliàs dicitur ἐν παρόδῳ.

28. ἢ ὑπ' αὐτῶν καταγγελόμενον πάλιν,) Anglican. *seminanata ab ipsis.* Vet. vulgat. *errorem qui ab ipsis prædicatur.* (vel, *est prædicatus*:) ut in Græco. Sequentia verò vulgatæ versionis (*nec à semetipso, sed à Domino, sicut & Dominus ea quæ à Patre audivit nobis annunciat.*) in aliis mutilata, ex Magdalenensi codice restituimus.

29. Ἐκεῖνός μὲ ἐδόξασεν,) Vet. vulgat. *Ille me glorificabit super terram:* vel ut MS. Baliolensis habet: *Ille me clarificavit in terris.* Mertonensis verò codex simpliciter legit, *Ille me glorificabit*; & Petavianus, *Ille me clarificabit*: absque additione illâ alterâ; quam neque Evangelii neque ipsius Ignatii textus Græcus agnoscit.

30. Σκωπτικὸν, κολακευτικὸν, ὕπουλον,) Ver. vulgat. *lubricus, superbus* vel (ut Magdalenensis codex habet) *superciliosus, arrogans.* Alii: *assentator, adulator, subdolus.*

31. ῥαψῳδὸν,) *Ambitiosum decantatorem* Johannes Brunnerus reddidit; *versutum consarcinatorem* Hieron. Vaitlenius; quòd *versibus ferè* (ut ille annotat) *respondebant consutis dæmones, & subinde Homericis.* Nicol. Vedelius rectiùs, *hunc inde errores consarcientem*, vertit.

32. ἀμετροεπὴς, γλίσχρον, λοφοδῆ.) Primum illud ab Homero mutuatus est interpolator, Iliad. β. Vet. vulgat. *immensuratus, asperiformis, tumidus*, vel *tumidus* potiùs. Vaitlenius: *verbosus, lubricus, meticulosus.*

33. ὡς λίθοι ἐκλεκτοὶ, εὐαρμολογημένοι εἰς οἰκοδομὴν θεοῦ Πατρός,) Vet. vulgat. *tanquam lapides electi, qui apti sunt ad ædificium* (*sanctum* hîc interponit codex Petavianus) *Dei Patris.* Anglican. *ut existentes lapides templi Patris, parati in ædificationem Dei Patris.*

34. ἀναφερόμενοι εἰς τὸ ὕψος διὰ μηχανῆς τοῦ Ἰησοῦ τοῦ ἐστὶν αὐτοῦ σταυροῦ,) Vet. vulgat. *elevati in altum à Christo, qui pro nobis crucifixus est.* Anglican. *relati in excelsa per machinam Jesu Christi, quæ est Crux.* Græcus codex Nydpruccianus ἀναφερόμενος legit in accusitivo, Augustanus ἀναφερόμενον in nominativo casu; similíque modo in sequentibus, ἀναζωμένος, χωριζόμενος, συνοδοιπορῦντες.

35. σοφὸν χορὸν) Vet. vulgat. *comfortatos.* Anglican. *sane utentes.*

36. πίστει δὲ ἀναγόμενοι, καὶ ἀγάπῃ χωριζόμενοι ἐπὶ γῆς εἰς οὐρανὸν,) Vet. vulgat. *in fide introductos, & dilectione* (al. *in spe & dilectione*) *elevatos à terrâ ad cælum.* Anglican. *Fides autem vestra dux vester, charitas verò via referens in Deum.*

37. συνοδοιπορῦντας) Vocem hanc cum initio sequentis paragraphi connectit noster Interpres; prætermissis omnibus intermediis: ac si legisset; Συνοδοιπορῦντες ὑμῖν ἐστὶ, οἱ Θεοφόροι. Vertit enim: *Estis igitur comviatores, Deiferi &c.*

38. οἱ Θεοφόροι, ναοφόροι, χριστοφόροι,) Vet. vulgat. *Deiferi, Christiferi, spiritiferi, sanctiferi, templiferi.* Anglican. *Deiferi & templiferi, & Christiferi, sanctiferi.* In priore interpretatione vox *Christiferi* abundat (unde & à duobus MSS. Oxoniensibus, quos nos secuti sumus, ea abest:) in posteriore, Græcæ πνευματοφόροι vicem supplet. Nomen χριστοφόροι mutavit hîc Mæstræus, vel ejus typographus, in ἁγιοφόροι: licet ἁγιοφόρου epitheton occurrat etiam posteà, in epistolæ ad Smyrnæos ἐπιγραφῇ. Quærit verò hoc loco Janius noster, an non legendum sit, Θεοφόροι, ἀνδριαντοφόροι, πνευματοφόροι, ἁγιοφόροι; id est, Χριστὸν τὸν Θεάνδρωπον, καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇσι καρδίαις φέροντες. Cùm enim (inquit) per contractionem in MSS. maximè familiarem scriberetur ΘΕΟΦΟΡΟΙ, librarius fortasse per inscitiam vel festinationem, levi metathesi, substituit ναοφόροι. Similem errorem nos alibi deprehendimus apud Cyrillum contra Nestorium lib. 1. (pag. 5. edit. Ro-

μανε Græcorum Conciliorum.) ἐν τῇ ἐμῇ ταπεινώσει βλασφημίαν νομεῖ, ὅτι ἐκείνῳ μᾶλλον γογγύσωσιν τὸν θεὸν (fort. ἄνθρ.) λέγειν περὶ τῆς ἀθέμιτος τὸν θεὸν ἐν ἀνοίᾳ ἐπιθῦσαι; Auberius in nuperâ editione operum Cyrilli eandem lectionem retinet. Ex parte primâ Concilii Epheſini (pag. 163. edit. Romanæ, paginâ verò 35. edit. Commelinianæ:) Ὃν θεὸς ὁ χριστὸς, ἀναίνου τῇ ἁγίᾳ τὸν θεὸν λόγον εἰς υἱὸν ἄνωθεν δόξαν ἀναβαίνοντα, ἐν τῷ ἀφθαρσίᾳ ναῷ (fort. ἀνθρ.) ὃν ἡμῖν ἐπηγγείλατο &c. In Catenâ etiam Græcorum Patrum idem alicubi à nobis obſervatum eſt: ſed locus jam non occurrit. Hæc doctiſſimus Junius.

39. τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, τοῖς πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.) Ex initio epiſtolæ D. Pauli ad hoſce Epheſios iſta interſeruit hîc interpolator. Noſter Interpres ſimpliciter *ſanctis* legit; & cum ſequentis periodi initio hæc ita conjunxit. *alloquar vobis, & congaudere.*

40. διότι κατ' σάρκα ἀγαπᾶτε, ἀλλὰ κατὰ Θεόν.) Anglican. *quoniam ſecundùm aliam voluntatem mihi (ἰδίαν) diligitis niſi ſolum Deum.* Vet. vulgat. *neque ea quæ ſecundùm carnem ſunt diligitis, ſed ea quæ ſunt ſecundùm Deum.* ac ſi legiſſet; διότι τὰ κατὰ σάρκα ἀγαπᾶτε, ἀλλὰ τὰ κατὰ Θεόν. quomodo etiam in codice Pacæi, ſive Græco Auguſtano, lectum fuiſſe, non verè à Mæſtræo eſt hîc notatum.

41. Μὴ ὁ πίπτων) Non ex Pſalmo 40. (ſive 41. 9.) deſumptus eſt hîc locus, ut putavit Mæſtræus, ſed ex Jerem. 8. 4. ipſo etiam Pſeudo-Clemente hoc indicante; ex quo, ut alia complura, ita etiam & præſens teſtimonium mutuatus fuiſſe videtur Ignatii interpolator. Sic enim ille, libro 2. Conſtitut. Apoſtol. cap. 24. Διὸ παρομοίως εἰς μετάνοιαν ὁ Ἱερεμίας λέγει. Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; *Hinc Jeremias, invitans ad pœnitentiam, inquit. Num qui cadit, non reſurgit? aut qui deflectit, non revertitur?* Unde & in Latinâ Ignatii editione, quæ prodiit Argentorati anno 1527. *Hieremiæ* nomen ipſi contextui (licèt contra Manuſcriptorum fidem) adjectum legitur.

42. ἐπιστράφητε οὖν καὶ μαθητευθῆτε ὑμεῖς.) Vet. vulgat. *Convertimini ergo ad doctrinam.* Anglican. *Monete igitur ipſos, ſaltem ex operibus à vobis erudiri.* In Græco autem textu αὐτοὺς repoſuimus ex Nydprucciano codice; pro αὐτοῖς, quod in Auguſtano & editionibus ex eo expreſſis vitioſè legebatur.

43. ταπεινόφρονες.) In noſtro Interprete additur: *ad magniloquia eorum vos humiliæ ſapientes.* Pro ἀντιδέξατε verò, quod hîc ſequitur, alter vetus Interpres legiſſe videtur ἀπεδέξατο. vertit enim: *renunciaſtis.*

44. εἰ ἀντιτάσσεται τῷ, uſque ad, τῇ ἐπιστολῇ.) Abſunt iſti, non ſolùm à noſtro Interprete, ſed etiam à Græco codice Nydprucciano.

45. πίστει τῷ τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς,) Pro his, in eodem Græco codice habetur, λόγοις ἡμῶν.

46. ἀντίθεσιν.) Ita habet idem codex: pro eo quod in Auguſtano legitur, ἀντίτυπον.

47. ἀληθεσίης) *falſa*, in verſione Latinâ ex editione Colonienſi ann. 1536. & 1557. & Baſilienſium Microprespbycico repoſuimus; ubi & alii libri editi & quibus uſi ſumus MSS. falſò legebant, *falſa.*

48. μὴ ἔχοντες πίστιν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἡμᾶς ἐν τῇ ἀνομίᾳ κατακριθήσεσθε.) Pro iſtis noſter interpres habet: *ut non nobis in judicium ſint.* Vulgatus: *& non ſimus divitiarum aut militatum eorum* (ita enim MSS. legunt, non, *verum*, ut habent libri editi) *appetitores*, omnino vitioſè. Ignatium enim, vel ipſius ſakem interpolatorem, ad hæc verba Pauli reſpexiſſe non eſt dubium. Ἢ τῇ πίστει τῆς χριστοῦ ἐαυτῶν (Dei utique) ἢ τῆς μακροθυμίας κατακρινοῦσι; Rom. 2. 4.

49. μᾶλλον δὲ) Locus ex Nydprucciano codice integritati ſuæ reſtituetur eſt: qui in Auguſtano mutilatus ita legebatur. ἢ δὲ τὸν μέλλοντα ὄχλον φοβηθῶμεν, ἢ τὸν ἐπιτάσσοντα

κύριον

χαρᾶν (χάριν legit hîc utrèque vetus Latinus interpres) ἀγαπωμένῃ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, κλητοῖς, οὖσι Χριστῷ Ἰησοῦ σωτηρίαν, &c. quibus, in interpretè noſtro reſpondent iſta. *Vel eorum fortunam timeamus, vel præſentem gratiam diligamus. Unum autem ſolum in Chriſto Jeſu invenitur.*

50. ἀνὰ ἐν ἀναπνεύσω) Ita codex Nydpruecianus: pro quo Auguſtanus perperàm legit, μιᾷ ἐν ἀγαπῇ σου.

51. Τιμοθέῳ τῷ πιστάτῃ.) Hîc jam ſecundò *Timotheo* in hâc epiſtolâ interpolatus meminit; adjecto epitheto τῷ πιστάτῃ. Cum *Timotheo* autem & *Paulum* conjungit & *Johannem*: quòd hi tres cum *Epheſiis* (ad quos ſcripta fuit hæc Epiſtola) diu verſati, principui eorum doctores extitiſſent.

52. ὃς μὲν) Hîc, & in totâ reliquâ hâc ſectione, Nydpruecianî codicis lectionem, ut magis diſtinctam, ſecuti ſumus.

53. Ἰγνατίου, ἁλήθειαι, ὑμῶν & Παύλου) Codex Auguſtanus habet: Ἰγνατίου Θεοφόρου. Παύλου.

54. μεμαρτυρημένην ὅτι σκεῦός ἐστιν ἁγιασμοῦ.) Anglican. *martyrizati, digno beati.*

55. ἐν πάσῃ χάριτι ἐν πᾶσι δόξῃσιν ἀπὸ μνημονεύειν ὑμῶν.) ἡμῶν habet codex Auguſtanus (conſentiente etiam utroque vetere interprete Latino:) quod etiam retineri poteſt, ſi ad ipſum *Ignatium* referantur iſta, & cum, ἁλήθειαι, ſuperà conjungantur. Nos tamen Nydpruecciani codicis lectionem, ut perpetuæ Chriſti mediatoris noſtri interceſſioni (de quâ Apoſtolus, Rom. 8. 34. & Hebr. 7. 25.) aptiùs convenientem, retinere maluimus. Noſter verò interpres, ad Paulum clauſulam iſtam referens, ita eam nobis exhibuit: *qui in omni epiſtolâ memoriam facit veſtri in Jeſu Chriſto*, quum vulgatus ita reddiderit: *qui ſemper in ſuis orationibus memor eſt veſtri.* ſic enim, cum Græco textu conſentiens, Magdalenenſis habet MS. hicèt Baſiolenſis, Petavianus, & libri editi *ſit*, pro *eſt*, hîc ſubſtituerint.

56. πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ) Anglican. *crebriùs convenire in gratiarum actionem Dei.* Vet. vulgat. *frequenter convenire* (ut habet MS. Magdalenenſis & Petavianus) vel (ut Baſiolenſis, & libri editi) *accedere ad Euchariſtiam.*

57. ἡ γὰρ ὑμετέρα ἀμέριστος ἐν σύμφωνῳ πίστει, ἥτις ἐστὶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.) Anglican. *& ſolvitur proditio ipſius in concordiâ veſtræ fidei.*

58. ὑδὲν ἄμεινον τῆς εἰς Χριστὸν εἰρήνης) Citatur hæc Ignatii ſententia à Jo. Damaſceno, in Parallel. lib. 1. cap. 19. & Antonio in Meliſſ. lib. 2. ſerm. 67. In neutro tamen apparet illud, εἰς Χριστὸν: ſicut nec in noſtro interprete, nec in Vulgatæ verſionis libris editis & MS. Baſiolenſi. Magdalenenſis enim & Petavianus MS. habet, ut nos edidimus: *Nihil melius eſt, quàm pacem habere in Chriſto.* Vid. Prolegomen. cap. XVIII. pag. 133.

59. ἐν ᾧ πᾶς πόλεμος καταργεῖται) vel, ut Antonius citat, ἐν ᾧ πᾶς ὁ πόλεμος καταλύεται. Anglican. *in quâ omne bellum evanetur.* Vet. vulgat. eodem modo: niſi quòd pro voce *bellum*, librariorum fortaſſe incuriâ, *telum* irrepſerit.

60. Οὐκοῦν ὁ λόγος ὑμᾶς τὸ μὴ κατακρίνειν ἐστὶ διαβόλου.) Ita codex Nydpruecianus. Interpres noſter eodem ſenſu, ſed contractiùs: *quorum nullum latet vos*, quum Græca lectio illam B. Pauli ſententiam expreſſerit, 2. Corinth. 2. 11. Οὐ γὰρ ἄγνοια (Diaboli nimirùm) τὸ νόηματα αὐτοῦ ἐσμεν. At Auguſtanus codex hîc legit: ὡς ἐν ἁλήσει, vel ἁλήσεσι potiùs. cui & aliquantulùm favet illa veteris vulgati Interpretis verſio (*Ergo poſſe vos vulnerare in* (vel *ex*, ut habet Magdalenenſis MS.) *aliquâ contagione* (vel *cogitatione* potiùs, ut habet codex Petavianus quod Græco νόημα melius reſpondet) *Diaboli.* Οὐλὴ enim cicatrix eſt, ὑπὸ & ἁλῶσαι eandem ducere. Unde Guil. Morelio ita locum vetere placuit: *Igitur vobis cicatrices aliquâ ex cogitationum Diaboli non indetis*, quod Vairleniò (alterius Græcæ lectionis, non minùs quàm illæ ſuperat, inſcio) ſic exprimere libuit: *Non enque vos ladet aliqua diabolica cogitatio.*

61. ἐὰν, ὡς Παῦλος, τελείως εἰς χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην) Anglican: *si perfectè in Jesum Christum habeatis fidem & charitatem*: mentione *Pauli* prorsus prætermissâ. Vet. vulgat. *sicuti & Paulus dicit, habentes in Christum fidem & dilectionem.* vocem enim *fidei* ex primis editionib. hìc retinuimus, non Græci solùm contextûs & nostri interpretis authoritate freti, sed etiam sequente ipsius Ignatii explicatione ad hoc impulsi; quum & aliæ editiones, & Petavianus & Oxonienses MSS. duo, ejus vice *spem* hoc in loco exhibeant. Quod si cum vulgato hoc interprete Latino, commemorationem *Pauli* ad præcedentia referre libeat; ad locum Apostoli ex 2. Corinth. 2. 11. jam productum, respexisse dicendum erit: sin, cum vulgato Græco, ad consequentia; alter ille locus, ex 1. Tim. 1. 14. ad marginem à nobis appositus, huc accommodandus fuerit.

62. οἱ ἀπαγγελόμενοι Χριστοῦ εἶναι.) Vetus Interpres: *Qui annunciant esse se Christi.* Vita enim habet Magdalenensis codex: non, *esse Christum*; ut Baliolensis, Petavianus, & libri editi.) Nam ἀπαγγελλόμενος, hic legisse videtur: ut & paulo antè quum, Οὐδεὶς πίστιν ἀπαγγελλόμενος, reddidit, *Nemo fidem annuncians*; non, ut noster Interpres, *Nullus fidem repromittens.*

63. γινόμενα.) Additur à nostro Interprete hæc ἐπίδοσις. *Sic repromittentes Christiani esse, per quæ operantur, manifesti erunt. Non enim nunc repromissionis opus, sed in virtute fidei, si quis inveniatur in finem.* Cujus prioris periodi sententia comprehensa est in Græcis illis, paulo antè ab Interprete illo prætermissis. Οἱ ἀπαγγελόμενοι Χριστοῦ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ποιήσουσι γνωσθήσονται.

64. ὃς γὰρ ἂν πάσῃ, usque ad, ἐκλησιῶν.) Pro his, in nostro interprete substituuntur ista. *Unus igitur Doctor, qui dixit & factum est: sed & quæ silens fecit, digna Patre sunt. Qui verbum Jesu possidet, verè potest & silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ silet cognoscatur.*

65. ἐν τῇ βασιλείᾳ) *Cœlorum*, ex textu Evangelii, addit hìc vetus vulgata editio Latina: vel *Dei*; ut in Petaviano & duobus Oxonien sibus MSS. legitur.

66. καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν Θεὸς) Vet. vulgat. *& ipse habitet in nobis.* Anglican. *& ipse in nobis Deus noster: quomodo & est, & apparebit ante faciem nostram; ex quibus justè diligimus ipsum.* omissis illis quæ sequuntur in fine hujus sectionis.

67. οἱ οἰκοφθόροι) Anglican. *domûs corruptores.* Vet. vulgat. *masculorum concubitores.*

68. εἰ δὲ οἱ κατὰ ἀνθρωπίνους οἴκους διαφθείροντες) Anglican. *Si igitur qui secundùm carnem hæc operantur.* Vet. vulgat. *Qui enim habitacula humana* (hanc enim vocem, quæ in editis deerat, ex MSS. restituimus) *corrumpunt.*

69. πόσῳ μᾶλλον οἱ κατὰ χριστοῦ ἐκλησίαν νοσωίαν ἐπιχειροῦντες) Ita legit codex Nydpruccianus: ut antithesis servetur inter *humana habitacula* & domum Christi. Cui lectioni illud etiam favet, quod sequitur: ἀφ' ἧς σωθῆναι μέλλετε ὁ Κύριος. Codex tamen Augustanus, pro ἐκλησία, habet διδασκαλίαν: consentiente etiam utroque vetere Latino interprete. à quorum altero locus sic est redditus: *quanto magis, si quis fidem Dei in malâ doctrinâ corrumpat.* ab altero ita: *quomodo non magis qui Christi doctrinam discumpere* vel (ut ex MSS. Oxonien sibus nos expressimus) *corrumpere conantur.*

70. ὃ κατὰ διδασκαλίαν ὁ ἀθεσίους, λιπωθεὶς καὶ παχυθεὶς, εἰς γέενναν χωρήσει) Anglican. *Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit.* Vet. vulgat. *Cujus doctrinam quicunque depravaverit* (vel, ut MSS. habent, *pessimaverit*) *abjectus & pollutus in gehennam projicietur.*

71. Ὁμοίως δὲ) Pro his, & reliquis omnibus quæ ad hujus sectionis finem usque subsequuntur, noster interpres tantùm habet. *Similiter & qui audit ipsum.*

72. κολασθήσονται, ἀπέρχῃ πιμέν ἐξακολουθήσας,) Codex Nydpruccianus: πιμέν ἀπέρχῃ δὲ ἐξακολουθήσας, hinc, κολασθήσονται. 73. ὡς

73. ὡς ἀληθῶ) Id. codex, ὡς ἀληθῶ legit, Augustanus verò ὡς ἀληθῶς, vitiosè. Vetus vulgatus Latinus: *tanquam veram, δόξαν* nimirùm, hoc est, *sententiam* vel *opinionem*; non, ut ille homonymiâ vocis deceptus vertit, *gloriam*.

74. πεσοῦ) l. πεσῶ, ut posteà καῦ.

75. Διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ὁ Κύριος ὅτι κεφαλῆς, ἵνα ἐκκλησία πᾶς γένῃ ἀφθαρσίας.) Anglican. *Propter hoc, unguentum in capite suo recepit Dominus; ut spiret Ecclesia incorruptionem.* Vet. vulgat. *Propterea unguentum accipit Dominus in capite; ut Ecclesia suffragret incorruptione.* ita enim leguntur MSS. ubi libri editi habent; *aut Ecclesia, ut fragret incorruptione*, vel, *in corruptione*. Pro, ὅτι κεφαλῆς, liber Græcus Nydpruccianus habet, ὡς ἐπὶ κεφαλῆς τῆς ἐκκλησίας. unguentum in se accipit, *tanquam in caput Ecclesiæ*.

76. Μὴ ἀλειφέσθω τις δυνάμει διδασκαλίας τοῦ αἰῶνος τούτου ἢ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία μὴ αἰχμαλωτισθῇ) Ita codex Nydpruccianus: unâ cum vetere vulgato interprete, qui locum ita reddidit. *Ne ungatur quis fortore doctrina hujus seculi: sancta Dei Ecclesia non capietur.* ubi Augustanus codex legit. Μὴ ἀλειφέσθω δυνάμει διδασκαλίας τοῦ αἰῶνος τούτου, ἢ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία. μὴ αἰχμαλωτισθῇ &c. quam lectionem interpolatos quoque *Damasceni* Parallelorum libros retinere, in Prolegomenis (cap. XVIII. pag. 135.) ostensum est. Noster verò Interpres, *Ecclesiæ* mentione prorsùs prætermissâ, sic expressit. *Non ungamini fœtore doctrinæ principis seculi hujus: non capiet vos*, ac si legisset, δυνάμει διδασκαλίας ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. quæ verior omninò est lectio: eamque confirmant verba illa quæ in vulgatis nostris proximè subsequuntur; μὴ αἰχμαλωτισθῇ ὑπὸ τῆς πανουργίας αὐτοῦ, ὡς ἡ πρώτη γυνή. h. e. (ut vertit vulgatus Interpres vetus) *non capiet vos astutia illius, sicut prima mulier Eva.* quomodo & B. Paulum locutum videmus, in 2. Corinth. 11. 3. ὡς ὁ ὄφις Εὕαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ: *Serpens nimirùm ille antiquus, qui est Diabolus & Satanas*; (Apocal. 20. 2.) qui à Servatore nostro ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, (John 12. 31. & 14. 30. & 16. 11.) ab Apostolo ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου (2. Corinth. 4. 4.) & ab Ignatio posteà, in hâc ipsâ epistolâ, ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, nuncupatur.

77. Ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, τοῖς μὲν ἀπίστοις σκάνδαλόν ἐστι, πιστοῖς δὲ) Vet. vulgat. *Quia crux Christi, infidelibus quidem scandalum est, fidelibus autem* &c. Anglican. *Peripsema meum spiritus Crucis, quæ est scandalum non credentibus, nobis autem salus & vita æterna.*

78. Ποῦ σοφός;) Additur & Ποῦ γραμματεύς; ex 1. Corinth. 1. 20. à vetere vulgato Interprete. Sed neque in vetere nostro Latino altero, neque in Græco, (vel Augustano vel Nydpruccianò) ἐπίβλημα hoc comparet. In Genevensis verò editionis textu Græco, per typographi incuriam, omissa etiam sunt illa: Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής;

79. ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων δυνατῶν;) Vet. vulgat. *ubi exultatio dictorum?* Anglican. *ubi gloriatio dictorum sapientum?*

80. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, usque ad, ἐγκεκεντρίσθαι τῷ Πετρώνῃ.) Locum hunc, à Theodoreto in Dialogo 1. (quem Ἀπαθὲς inscripsit) citatum, cum aliis editionibus in Prolegomenis comparavimus. Videnda. ibi, cap. IV. pag. 19. cap. XI. pag. 73. & cap. XVIII. pag. 135.

81. ἀ πρὸ αἰώνων γεννηθείς.) Vet. vulgat. *qui ante sæcula genitus est*, ut habet codex Magdalenensis, vel *natus est*, ut Petavianus Balioleusis & libri editi.

82. κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ) Θεοῦ, quod ab Augustano codice abesset, non solùm ex Theodoreto, sed etiam ex Nydpruccianò codice, & utroque vetere interprete Latino est restitutum. licèt *Dei* nomen (quod habetur in impressis) etiam in Petaviano & duobus Oxoniensibus vulgatæ Latinæ editionis exemplaribus desideretur.

83. διὰ Παθήματος) Ita codex Nydpruccianus. Theodoretus verò ἐκ Παθήματος.

84. ἵνα

84. ὅτε ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου.) Conjunctio καὶ ex Nydpruccriano codice eſt addita. Noſter interpres: *Qui natus eſt, & baptizatus eſt.* Similiter & Theodoretus: ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη. & Macarius Chryſocephalus, Catenæ Græcæ collector, in Luc. 3. 21. ex Ignatio: ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη. *Johannis* omiſſo nomine. Vulgata verò editio Latina, nativitatis mentione hic prætermiſſâ, *Ipſe baptizatus eſt à Johanne*, reddidit.

85. Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας,) Huc ſpectat illud Origenis, homiliâ ſextâ in Lucam. *Unde eleganter in cujuſdam Martyris epiſtolâ ſcriptum reperi* (*Ignatium* dico *epiſcopum Antiochiæ poſt Petrum ſecundum, qui in perſecutione Romæ pugnavit ad beſtias*) *Principem ſeculi hujus latuit virginitas Mariæ.* & Hieronymi, lib. 1. Commentar. in Matth. cap. 1. *Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſatâ conceptus ſit: ut partum, inquiens, ejus celaretur à Diabolo; dum enim putat non de virgine, ſed de uxore generatum.* quod ex iis quæ ſequuntur apud Origenem (quem hîc ſecutus eſt) collegiſſe potiùs videtur, quàm ex ipſo quem hîc nominat Ignatio. Integrum verò locum ita citavit Andreas Hieroſolymitanus, Cretenſium archiepiſcopus, in Nativitatem B. Virginis homiliâ ſecundâ, quæ inter codices Græcos manuſcriptos, Oxonienſis Academiæ Bibliothecæ publicæ à D. Henrico Savilio donatos, habetur. ὡς φησί τις ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ. "Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ. τρία μυστήρια φωνῆς, ἅπερ ἐν ἡσυχίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐπράχθη. Vide Prolegomen. cap. XII. pag. 81.

86. τρία μυστήρια) Jam proximè commemorata, de quibus vel ipſe Interpres noſter, vel ejus marginalis Scholiaſtes: *Hæc tria Diabolum latuerunt.* & Jovius monachus, libro 7. de Verbo incarnato, cap. 31. (in Photii Bibliothecâ, num. 222.) φησὶ γὰρ ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος, τρία λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν παρθενίαν Μαρίας, τὸν τόκον τοῦ Κυρίου, καὶ τὸν σταυρόν. *Nam tria Theophorum Ignatium ſeculi hujus principem latuiſſe commemorat: Virginitatem Mariæ, Conceptionem Domini & Crucifixionem.*

87. μυστήρια κραυγῆς) Ita & noſter Interpres: *myſteria clamoris.* Vet. vulgat. *myſterio clamavit*, ut nos ex libro Magdalenenſi edidimus: ubi alii in primâ perſonâ *clamavi* legunt. Elegantem verò hic latere in adjecto ἀντίθεσιν Mæſtræus annotat. Quotquot enim de *myſteriis* mentionem fecerunt, in illis arcanum quiddam, quod nefas eſſet evulgare, arbitrati ſunt contineri. Et tamen hæc tria fidei documenta, myſteria *clamoris* eſſe dicit Ignatius, id eſt, digna quæ omnibus denuncientur, aut jam reipſâ propalata ſint atque denunciata. *Ita ille.* Vid. Rom. 16. 25, 26. Sed Andreas Hieroſolymitanus, pro μυστήρια κραυγῆς, legit hîc, μυστήρια φοβερὰ, *myſteria tremenda.*

88. ἅπερ ἐν ἡσυχίᾳ ἐπράχθη.) Idem Andreas hîc legit: ἅπερ ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. & noſter Interpres ſimiliter: *qua in ſilentio Dei operata ſunt.* Vid. ſuprà, not. 64.

89. Ἀσὶν ἐν ἀγαπῇ) Quoniam tria jam dicta myſteria (inquit Mæſtræus) potiſſimùm verum Chriſti Redemptoris intendebant, vel ab illo dependebant: hinc fortaſſis evenit, ut non pauca de ſtellâ, quæ Magis tunc temporis apparuit, in medium conſequenter proferantur. Quibus demùm ſubjiciuntur & iſta. *Hinc hebetata eſt ſapientia hujus mundi, maleficia adnullabantur, magia deridebatur, tenebræ & ignorantia diſſipabantur, & tyranni principatus aboletur.* uti in Petaviano vulgatæ verſionis vetuſtiſſimo codice legitur: omiſſo illo quod Jacobi Fabri editio, loco non ſuo, exhibet. *iniquitas & malitia exterminabantur.*

90. καὶ ἀνθρώπου ὡς Θεοῦ ἐπιφαινομένου.) Pro his noſter Interpres habet; *in novitatem vitæ æternæ.*

91. ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανε, τὸ παρὰ Θεῷ ἀπερισκόπτον.) Anglican, *Principium autem aſſumpſit,*

assumpsit, quod apud Deum perfectum. Vet. vulgat. *Principatus accepit à Deo, Perfecta omnia in illo constabant.* Ἀρχὴ utrumque significat, & *Principium*, & *Principatum*: de quâ hîc videnda annotatio Vairleni.

92. Στήκετε, ἀδελφοὶ, ἑδραῖοι δὲ τῇ πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἐν τῇ ἀγάπῃ ἑνώσει τοῦ Θεοῦ ἀνῆ ἢ ἀναστάσει.) Vet. vulgat. *State ergo, fratres, firmi in fide Jesu Christi, & in dilectione ejus, atque resurrectione.* mentione *passionis* prætermissâ. Noster verò interpres, *fidei, dilectioni, passioni & resurrectionis* mentione tantùm retentâ, in reliquis mirum quantum à vulgatâ lectione recedit. *Si ita dignificet Jesum Christum in oratione vestrâ, & voluntas sit; in secundo libello quem scripturus sum vobis, manifestabo vobis quam incomparam dispositionem in novum hominem Jesum Christum, in ipsius fide & in ipsius dilectione, in passione ipsius & resurrectione: maximè si Dominum revelet mihi.*

93. πάντες δὲ χάριτι ἐξ ὀνόματος συναθροίζεσθε) Vet. vulgat. *Omnes in unanimes, in gratiâ, in ejus nomine congregamini;* uti nos ex Magdalenensi MS. edimus. Bellovacensis enim hîc legit. *omnia in omnibus gratia. In ejus nomine congregamini.* Libri verò editi: *In omnibus enim his gratia. In ejus nomine congregamini &c.* Quomodo locus hic, à Theodoreto in Dialogo 1. & Gelasio in libro de duabus Christi naturis citatus, à nostris libris discrepet, ex collatione, quam in Prolegomenis (pag. 20.) ob oculos proposuimus, videre licet.

94. ἐφοβήθησαν ὑπὸ τὸ Παράκλητον.) Pro his, noster interpres habet; *filio Hominis & filio Dei*: Theodoreti etiam & Gelasii citatione consentiente.

95. Εἴλω ὑμῶν ἀντίψυχον.) Anglican. *Unanimis vobiscum ego.* Vet. vulgat. *Pro animabus vestris ego efficiar.* quo exprimi Jacobus Faber ait sententiam illam Pauli, 2. Cor. 12. 15. *Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris.* Et ubi Christus dixit, Matth. 20. 28. se *daturum animam suam*, λύτρον, sive *redemptionis pretium, pro multis*; Athanasius scribit, eum corpus suum ἀντίψυχον, velut vicarium succedaneúmque, pro nostrâ salute, in mortem tradidisse. Sic enim ille, in Oratione de Incarnatione Verbi: Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καὶ τὸ σωματεῖον ὄργανον παρέδωκεν ἀντίψυχον, ἵνα πάντων ὑπὲρ τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ. & pôst: ὡς παθητὸν, καὶ ὑπὲρ πάντων σωτηρίας, ἀντίψυχον τὸ ἑαυτοῦ σῶμα εἰς θάνατον προσήγετο. Cui & illud Chrysostomi adjicit in Adversarios suos D. Casaubonus. Δύνασαι πολλαχοῦ μὲν παρελθεῖν ἑαυτὸν μυρίων ὄντων ἀμυθητίων ἀφαιρέτων, καὶ γενέσθαι ἀνῆ ἀντίψυχον ἐν ἑνὶ τῷ ἐμῷ. (oral. 5. contra Judæos, tom. 6. edit. Savil. pag. 365.) Vocem hanc hîc, & in epistolâ ad Smyrnæos usurpat, germanus Ignatius; sed ejus imitator sæpiusculè: ut in Prolegomen. cap. V. pag. 31. est notatum.

96. ἢ ὃν ἀπέστειλε.) Vet. vulgat. *& [ejus] quem misserit*: vel ut MS. Petavianus habet; *& quæ misserit.* Alter verò interpres, in D. Montacutii codice, *& quem misserit*, in Cantabrigiensi verò MS. *& quos misserit*, cui lectioni uterque codex Græcus favet. & Nydpruccianus à Johanne Brunnero, & Augustanus à Valentino Pacæo edium. Fallitur enim Mæstræus, qui Pacæum sit legisse in singulari, ἢ ὃ ἀπέστειλε.

97. ἀγαπᾷ.) Ita Græcus Augustanus; & uterque vetus interpres Latinus. Nydpruccianus tamen codex legit, ἀγαπᾶ.

98. ὃς εἰς ἐξωδίαν) ἐλεγχ. habet idem codex. & interpres noster: *quemadmodum dignificatus sum.*

99. εἰς Θεοῦ πολλὴ φοβοῦνται πάντα τὰ ἀλόγια.) Idem interpres: *in honorem Dei invenerit*, sed vetus vulgatus, ut in Græco: *in honorem Dei hæ sufferre cæpimus.*

100. Ἀμὴν. ἢ χάρις.) ἢ χάρις, non solùm à Græco Nydprucciano codice abest, sed etiam ab utroque vetere Latino interprete. Augustani tamen codicis lectionem confirmat Gregorius I. Romanus episcopus, in Regest. lib. 4. Indict. 13. epist. 37. ad Anastasium (è successoribus Ignatii in sede Antiochenâ unum) sic rescribens. *AMEN. GRATIA.*

Quæ addidit verba, de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono; ut de sancto Ignatio nostra sanctitudo cognoscat, quia non solùm vester est, sed etiam noster.

161. Ἴγνατιος Ἐφεσίοις) *Hæc duo postrema vocabula, quoniam tum in Græco, tum apud vetustum interpretem reperiuntur, huic epistolæ exordio loco subjungenda curavimus:* inquit Mutianus Mastrænus. At neque apud veterem interpretem Latinum inveniuntur illa, neque in Græco Nydpruciano codice: & omninò subditicia esse apparet.

In Epistolam ad Magnesianos.

In Epistolæ inscriptione voeem [Ecclesiæ] inclusimus, non solùm quòd à quibusdam ipsius vulgatæ versionis MSS. sed à Græcis præterea, & Latino nostro Interprete, ea abesset. Supplendam quidem eam necessariò fatendum est: sed hiulcam, & hîc & alibi, occurrere lectionem non mirabitur, qui ab homine captivo, inter milium custodias, festinanter à beato Martyre effusas has fuisse Epistolas consideraverit.

1. κατ' Θεὸν) Ita codex Nydpruecianus: & vetus uterque interpres Latinus; *secundùm Deum.* Augustanus: κατὰ Θεόν.

2. ἐνόμασα δὲ ἐν Χριστῷ πεποιθώς) Conjunctionem ex Græco Nydpruccano & editione vulgatâ Latinâ interpolavimus. Nomen autem *Christianum* intelligit, ut vult Faber Stapulensis; vel *Confessoris* aut *Martyris*, ut alii, ex verbis proximè sequentibus, ἐν οἷς πεφίλημαι δεσμοῖς.

3. ᾄδειν) Noster interpres, ad verbum, *Canto*: & vulgatus, *Cano*, pro quo substituit Faber, *Laudo*; sensu expresso.

4. ἐν οἷς ἔτυχον ὄνησιν) Ita noster interpres: *in quibus unionem ero.* Vulgat. *in quibus laudare opto.* (sic enim MSS. legunt, non *jubilare*; ut edidit Faber.) Pro ὄνησιν verò reponendum existimat Vedelius, ὕμνησιν vel ὑμνῳδίαν.

5. ἐὰν μὴ αἴτωμαι) Illud, ὅ, ab Augustano exemplari malè aberat.

6. δι' ἐλπίδα Θεοῦ, μᾶλλον δὲ, ἐν αὐτῷ ἡνώθην.) Ex Galat. 4. 9. pro quibus noster Interpres habet: *ad nos* (vel, *nos*) *semper vivere fides, quod ex charitatis, cui nihil præferatur, principalibus autem Jesu & Patris.*

7. παραδέξασθαι) Codex Nydpruccianus, παρρησιάσασθαι. Sed pro Augustanâ lectione facit eamque vetus Latinus interpres.

8. [ἡμᾶς] διὰ Δαμᾶ) Ex utroque illo Interprete & pronomen hîc restituimus est, & proprium Δαμᾶ nomen; pro quo in Augustano codice δι' ἀδιγμα; in Nydpruciano διὰ δίγμα corruptè legebatur. Ignatium verò nostrum, in epistola ad Magnesianos, Damæ episcopi mentionem fecisse, confirmat etiam Eusebius, lib. 3. histor. cap. 36.

9. Ζώτιον δὲ) al. Ζατίον δὲ: pro quo, *Zinonem*, noster habet Interpres.

10. ὃν ἐγὼ ἐπεμψάμην;) Ver. vulgat. *quem ego nutrivi.* Noster Anglican. rectiùs: *quem ego fruar.* Vid. infrà, not. 82.

11. τῷ ἐπισκόπῳ ἡμῶν καὶ πρεσβυτερίῳ ἄξιον Θεοῦ ἐν ὑμῖν.) Anglican. *Episcopo ut gratia Dei, & Presbytero* (vel *Presbyteris* potiùs) *ut legi* J. C.

12. συνηρμόσθαι) Anglican. *conti*: pro quo editum est, *concatæ.*

13. ὃ οὐχ ὡς ἀφορμὴν λαμβάνω ταπεινῶσαι ὑμᾶς, ἀλλ' ὡς ὢν ὑμῶν φρονῶ.) Anglicus. *non assumentes apparentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes ipsi.*

14. ἀλλὰ πνεῦμα θεῖον ἐν βρυτοῖς.) Vulgatæ interpretationi articulum de suo (nam in MSS. nostris non habetur) addidit Jacobus Faber, ejúsque exemplo, Guil. Morelius, & eum secuti reliqui editores, textui Græco. πνεῦμα ὃ θεῖον ἐν βροτοῖς. *Spiritus qui est in hominibus.* Desumptus verò locus est ex Job. XXXII. 8. in quo articulus iste non legitur.

15. Διὸν)

24. Θεὸν) Ita codex Nydpruccianus: non Θεῷ, ut habet Augustanus; nec Θεῶ, ut emendavit Morelius.

16. ἀπλοϊκῶς.) In Augustano codice corruptè scriptum erat, ἀπλοϊκῶν: pro quo, in Plantinianis editionibus substitutum est, ἀπλοϊκὸν.

17. Σολομὼν δὲ ὁ Ἰωσίας.) Vide Prolegomen. cap. XI. pag. 77.

18. κατηρτίσατο.) Ita editiones Plantinianæ: ubi codex Augustanus & Nydpruccianus habet, κατηρτίσατε, pro quo Morelius substituit, κατηρτίσατο.

19. ἀδελφοὶς κατὰ σαρκα,) Cod. Nydprucc. ἀδελφοὶς κατὰ σάρκα. Sequentia verò ita in editione suâ distinxit Morelius. ἀπατεῶνας, ἀνδρωπε, ἀλλ' ὡ διάβολε· λαοφιλεῖς, & in Latinâ suâ versione. *seductores: hominum, non dæmonum estis cultores.* De aliter verò distinctione Lectorem, in Notis suis, sic admonuit. "Pacæus distinguit ita, ἀπατεῶνας ἀνδρωπε, (quanquam impresserit ἀνδρωπε) ἀλλ' ὡ διάβολε· λαοφιλεῖς. Vetus "interpretatio cum eo facit, verùm addit, *Sed diabolo.* ut ferè solet de suo addere, cùm locum non intelligit. Hæc Morelius.

20. ὃ φιλῶ γενόμενος μοναζόντες,) Cod. Augustan. malè, ὃ τῶν γενόμενοι μοναζόντων.

21. χὴ χὶ μηδὲν ἀπὸ αὐτῶν ἀπολίζειν.) Pro hoc nostèr Interpres habet: *secundùm nullam hypocrisim.*

22. ὦ πρὸς ἄνδρωπον, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ἔχε φιλῶ ἀναρρήτῳ.) Anglicè, *non ad eum sermo fermo, sed ad Deum abscondita scientem.*

23. ἐπὶ γὰρ τῇ ῥάβδῳ Δαυὶδ ὁ Ἀβεσσὼν ἀπέθανεν, vel, ἀπέθανον. Vide Prolegomen. cap. X. pag. 70.

24. ἐκκρεμεῖς) Cod. Nydprucc. ἐκεῖ κρεμάμενος.

25. Ἀβεσσὼν) Cod. Nydprucc. Ἀβεσσὼ. Edit. vulgat. Latin. *Abbab & Amam*; prò quibus in Ms. Baliolensi legimus, *Abab & Dadam.* ubi, ad *Abab* illud fortasse trahi posset, quod in Jerem. XXIX. 21, 22. de ejus nominis Pseudo-prophetâ est prædictum: de *Dadam* verò, vel *Dadan* (ut alia habent exemplaria) nihil ejusmodi nobis adhuc occurrit. "Ad B. Ignatii mentem, inquit hic Maestræus, propiùs accessit Morelius, cujus conjectura "Banna & Racha, de quibus 2. Reg. 4. vel Abimelech, Jud. 9. tribuit id, quod ab Abeddadam in hoc loco refertur. Clarior tamen aliquantulum hujusce difficultatis explicatio "nobis petenda est à Clemente, lib. 6. Constit. cap. 2. unde hic locus desumptus videri potest. Sic enim illic habetur: *Nullum qui Regi restitit, impunitum evasit. Non enim Absalom, & Abedadan, qui & Seba dictus, impunitos remanserunt.* Verùm priores illæ conjecturæ Morelio nunquàm (ne per somnium quidem) in mentem venerunt: & verba illa [*qui & Seba dictus*] Clementis non sunt, sed Turriani, Latini ipsius interpretis. quanquàm verum omninò sit, *Sebam* à Clemente (vel potiùs eodem & Pseudo-Clementis & genuini Ignatii interpolatore) intellectum hic fuisse: ut liquet ex verbis illis, 2. Sam. XX. 1. quæ ab Ἀβεδδὰν sive *Abedadan* suo usurpata fuisse paulo pòst subjicit. Οὐκ ἔστι μοῖρα ἐν Δαυὶδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν υἱῷ Ἰεσσαί. *Non est mihi pars in David, neque hæreditas in filio Jessæ.* De quo videnda, quæ in fine capitis X. Prolegomenon, pag. 71. jam dicta sunt.

26. κατασκιάσεως ἱερῶν καὶ ἱερουσίας.) Similiter etiam in eodem Pseudo-Clemente, lib. 6. Constitut. cap. 1. Oziam dicitur κατασκιάσας τὴν ἱερουσίαν.

27. ὡς καὶ) In Codice Augustano, ὡς καὶ, malè: in Nydpruciano, utraque vox deest.

28. μόνῳ, φόνου ἀρχηγέτης.) Vide Prolegomen. cap. XV. pag. 109.

29. ἀλλ' εἰρηνὴς πάσης καὶ εὐφροσύνης) Pro his nostèr Interpres habet: *propter non fuisse vitæ secundùm præceptum congregari.* Est autem novus vox εὐφροσύνης, illos exprimens, qui habent εὐφροσύνην ἐνσεβείας: ut idem posteà. (pag. 58.) ex 2. Tim. 3. 5. loquitur.

30. ἐφεύρον) Ita edidit Morelius: ubi codex Augustanus & Nydpruccianus legit, εὑρεθήσονται. In Nydpruciano etiam paulo pòst legitur, τῷ ἀληθινῷ, ubi Augustanus habet τῶ

τῷ ἐπισκόπῳ pro quo fortassè legendum, τὸν ἀρχιερέα, notavit Patricius Junius.

31. Δύο φύσεις) Negationem, ex vulgato interprete, addidit Morelius, & cum ceteris editoribus reliqui.

32. Οἱ ἄπιστοι εἰκόνα &c.) Anglican. *infideles Mundi hujus, fideles autem in charitate characterem Dei Patris per Jesu Christi.*

33. ἐμέσῃ) Ita codex Nydpruccianus; consentiente utroque Latino interprete: ubi Augustanus habet, ἠμέσου.

34. πειθόμενοι) Ita etiam legit codex Nydpruccianus; ubi Augustanus non ita rectè habet, πειθόντι.

35. ὅτι συντέλεια ἓν πάντων, ὁ αὐτὸς διαμένει.) Fortè, εἰς συντέλειαν: ait Patricius Junius. Noster interpres: *ad finem apparuit.*

36. ἀγαπητοῖς.) Ita codex Nydpruccianus: non ut Augustanus, ἀγαπητοῖς. Addit verò hîc noster Interpres: *eandem consuetudinem Dei accipientes, veneremur ad invicem.*

37. ἐνώσατε τῷ ἐπισκόπῳ, ὑποτασσόμενοι τῷ Θεῷ ὡς αὐτὸ ἐν Χριστῷ.) Anglican: *Unamini Episcopo & præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.*

38. Ἕκαστος γὰρ ὁ Κύριος ἀπέσταλκε τῆς Ἐκκλησίας ὑπὲρ πάσης.) Anglican. *Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, unitus existens, neque per seipsum, neque per Apostolos:*

39. ὅτε γὰρ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβυτέρου, μηδὲ διακόνου, μηδὲ λαϊκός.) Anglican. *sic neque vos sine Episcopo & Presbyterio aliquid operamini.* nomen *Diaconorum* & *Laicorum* omittens, & *Presbyteros* cum *Episcopo* hîc conjungens. quum infrà, in simili loco epistolæ ad Smyrnæos, *Episcopi* tantùm facta fit mentio. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ Πατρί. *Omnes Episcopum sequimini, ut Jesu Christus Patrem.* Comparatio verò hæc (quam nonnulli vehementer ἄτοπον esse judicant) *Christi* sine *Patre* nihil facientis, in libro II. Pseudo-Clementinarum Constitutionum, ad *Diaconum* absque *Episcopo* nihil agere debentem, aliquoties & multo quidem crassiùs accommodatur: ut capite 26. Ὁ δὲ διάκονος τοῦτο ποιείτω, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Πατρός· μὴ ποιήσῃ γὰρ αὐτῶν ἐν πᾶσιν ἀμέμπτους, ὡς ὁ Χριστὸς οὐ ἑαυτοῦ ποιῶν ὑπὲρ, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ Πατρὶ πάντοτε. *Diaconus verò absistat huic, ut Christus Patris: ac minimè est inculpatè in omnibus; quemadmodum Christus, à seipso nihil faciens, qua placita sunt Patri facit semper.* cap. 30. ὡς ὁ Χριστὸς ἄνευ τοῦ Παιδὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου. καὶ ὥσπερ ὑὸς ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἔστιν, οὕτως οὐδὲ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου. *Ut Christus sine Patre nihil agit, sic neque Diaconus sine Episcopo: & ut Filius sine Patre non est, sic neque Diaconus est sine Episcopo.* & 44. Πάντα μὲν ὁ διάκονος τοῦ ἐπισκόπου ἐνεργούτω, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Πατρός· ἀλλ' ὅσα δὲ δύναται, ἐνδυνάτω δ' ἑαυτῷ, λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν, ὡς ὁ Κύριος παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν δημιουργὸν καὶ τὸ σωτήριον. *Ac Diaconus quidem de rebus omnibus ad Episcopum referat, ut Christus ad Patrem. Verùm quæcunque potest, facta ab Episcopo potestate, moderetur per se: sicut Dominus à Patre creandi & providendi potestatem accepit.*

40. μηδὲ τι φαινέσθω ὑμῖν εὔλογον, usque ad, εἰς τοῦς.) Anglican. *neque tenuis rationabile aliquid apparere propriè vobis; sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus.*

41. ἐν νήφει τῇ ἀμώμῳ) Anglican. *in gaudio inviolato.*

42. σπουδάζετε εἰς, εἰς τὸν ναὸν Θεοῦ συντρέχετε, ὡς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον.) Anglican: *Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare.* Ubi observa, ναὸν & θυσιαστήριον rem unam & eandem denotare. Unde in Polycarpi ad Philippenses, & Ignatii ad Tarsenses eribunâ epistolâ, θυσιαστήριον Θεοῦ, à vulgato Latino interprete, *secretarium Dei*, rectè est redditum.

43. μηδὲ μύθοις ἐνέχεσθαι.) Cod. Augustan. μηδὲ μύθοις ἐνέχεσθε. Nydpruccian. μηδὲ μύθοις ἐνέχεται: utroque incongruè. Itaque Vedelius legit: μηδὲ μύθοις ἐνέχεσθε, *ne simplicemini fabulis, nec detineamini ab illis*, nisi μύθοις ἐνέχεσθαι legere quis malit, ex 1. Tim. i. 4. *unde locum hunc constat esse desumptum.*

44. ἀμπλήθοντι ὑπὸ τῆς χάριτος.) Anglican. *inspirati à gratiâ ipsius.* Vet. vulgat. *inspirati gratiâ.* sic enim legunt MSS. non, *inspirante gratiâ*, ut habent editi.

45. ἀπειθοῦντας.) Ita Nydpruccianus codex: atque etiam Augustanus; nisi quòd in eo librarii errore, scribatur ἀπειθοῦντας. pro quo recentiores editores, sine causâ, substituerunt ἀπειθοῦντας. Noster interpres, *impersuasos* reddidit: vetus vulgatus, *incredulos.*

46. ἐναργείας δεῖται ἐπὶ γεννᾶ.) Vide Prolegomen. cap. XVI. pag. 208, 209.

47. τῷ πέμψαντι αὐτὸν.) Vulgat. interpr. *substituenti.* pro quo substituat Vedelius, *genitori.*

48. εἰς κενὸν τόπον ἐκπέσω;) Cod. Augustan. εἰς κενὸν τόπον ἐκπέσῃ; & vulgat. Interpr. similiter: *ad vacuum spem.* Cujus lectionis absurditatem ut evitaret Baliolensis exemplaris exaratori, negationem interponendam censuit: *ad non vacuum spem.* Noster interpres, *in novitatem spei*, rectiùs reddidit: unde κενότητα non restituimus, licèt in Nydpruccian codice κενότητα hîc legi, non ignoraremus.

49. δῆλος.) Anglican. *discipulo.*

50. προσδοκῶντας ὡς Κύριον τὸν ἀναστάντα, πλησίστης. Ἀνὴς ἦξει, ὃν εἶδεν ἡμῖν.) Anglican. *propter hoc quòd justè expectabant, præsens suscitavit ipsos ex mortuis.* ad historiam Matth. 27. 52. habito respectu. Ex hujus verò versionis collatione, infrà pag. 204. 1924. ret, magnam sententiarum transpositionem hîc esse factam.

51. Μηκέτι τὸ σαββατίζοντες Ἰουδαϊκῶς, ἀλλὰ κυριακὴν ἄγοντες.) Ita cod. Augustan. & Nydpruccian. sed editio vulgata Latina: *Non ergo sabbatizemus* (pro quo, *baptizemus*, à Jacobo Fabro perperàm est editum) *Judaicè, ut servis gaudentes.* indeque σαββατίζοντες & ὡς ἀργίαις, Morelius cæterique post eum textûs Græci editores, hîc restituerunt. Vide Prolegomen. cap. XI. pag. 72, 73 & adde, tùm Laodiceni Concilii Canonem 49. ὅτι δεῖ χριστιανοὺς Ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργαζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῶν ἡμέρᾳ, μᾶλλὰ δὲ κυριακὴν σεμνυνόντας, ἐὰν δύνωνται, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. *Quòd non oportet Christianos Judaizare, & in Sabbato otiari, sed ipsos in die operari; diem autem Dominicum honorantes, otiari (si modo possint) ut Christianos.* tùm narrationem illam, licèt apocryphàm, pro versu 9. capitis VI. Lucæ, in antiquissimo Evangeliorum Græco-Latino codice (quem, ex B. Irenæi apud Lugdunenses cœnobio asservatum, Cantabrigiensis Academiæ Theod. Beza donavit) adjectam. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος εἶ καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. *Eodem die [Jesus] videns quendam operantem Sabbato, dixit illi. Homo, si quidem scis quod facis, beatus es; si autem nescis, maledictus es & prævaricator Legis.*

52. ἔχεσε ἡμῖν.) Ita cod. Augustan. & Nydpruccian. & editio vulgata Latina. sed verbum superius σαββατίζωμεν visum est postulare, ut ἡμῖν legamus: inquit hîc Morelius.

53. νόμῳ.) Nydpruccian. νόμων.

54. ἐν ἄλλῃ ἐδίτῃ, ἢ χλιαρᾷ πίνων.) Vetus vulgatum Interpres: *non comedo* (ἐσθίω hîc legisset) *comedens, & tepidum bibens.* tùm Judæorum consuetudo hîc notatur, qui in Sabbato suo pridiè coctocibo & prompto pridiè vino utebantur. Hieronym. lib. 18. commentar. in Esai. cap. 65. *Jus hesternum, quod Græci vocant ἐψητόν, avidis faucibus devorabant.* Vide Talmudicum tractatum de *Sabbatho*, ubi de fornace agitur, in quâ cibi calidi conservantur.

55. μυριοφυῶνα βαθέων,) ad 2000. videlicet cubitorum menſuram: ut liquet ex Talmud. in tractatu עירובין Perek 4. Maimoni. tract. שבת. Perek 27. Targum in Ruth. 1. 16. & Origene in libro 4. περὶ ἀρχῶν: cujus verba Græca, in Philocaliâ, referuntur iſta. Εἰς ἅπερ φλυαρίαν ὑπονοοῦντες ψυχρὰς ἀφορμὰς φέρεσθαι, ἅπερ ἐκ τοῦ περὶ τῶν σαββάτων φιλονεικεῖν τοῖς ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἁγίοις ἐθνικοῖς πίστεις. quæ Rufinus Latinè ita reddidit. *Fabulas quaſdam inanes & friveles commentantur, ex veſcio quibus traditionibus profluentes de Sabbato, dicentes unicuique locum ſuum* (de quo Exod. XVI. 29. extra quem vetabantur egredi die ſeptimo) *reputare intra duo millia cubitorum.* Hieronymus in epiſt. 151. ad Algaſiam, quæſt. 10. Judæos dicere ſolere ait. *Rab. Akiba, & Simeon, & Hillel, magiſtri noſtri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambulemus in Sabbato,* ubi *cubitos* impropriè *pedes* interpretatus eſt.

56. ἀγγέλους ἢ ἀρχάς.) Vid. Auguſtin. lib. de decem chordis, cap. 3.

57. νῦν ἐν ἕξει χαίρων.) Vetus vulgatus interpres: *nunc habens*, ac ſi νῦν, pro νῶν, legiſſet.

58. Καὶ μὴ τὸ σαββατίζειν.) Idem: *Sed pro ſabbatizare.* ita enim leguntur libri MSS. pro quo, *ſabbatizationem*, ſubſtituit Jacobus Faber: hâc etiam notulâ additâ. *Dies dominica, verum & ſpiritale ſabbatum primitiva Eccleſia.*

59. νῦν ἀναστάσιμον, νῦν βασιλίδα,) Hunc *Regina* titulum diei huic tribuit etiam Gregorius Nazianzenus, orat. 43. εἰς τὸν ἅγιον Καισάριον, de vernâ tempeſtate, in quam dies quam ille tunc celebrabat Dominica incidebat, ita ſcribens. ἡ βασίλισσα δὴ ἑορτῶν τῇ βασιλίδι δὴ ἡμερῶν πομπεύει. *Anni tempeſtatum regina regina dierum pompam peragit.* quomodo & Sabbathum ſuum Rabbinos מלכה ſive *Reginam* nominatiſſe, docet in Synagogæ ſuæ Judaicæ cap. 10. Johannes Buxtorfius.

60. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ὑστέρης.) Græca inſcriptio eſt Pſalmi VI. & XI. ſive ut libebat diſtinguunt, XII. quem (in Græcâ ad eos Pſalmos Catenâ) ad diem Dominicam accommodat Euſebius Cæſarienſis. indéque, in oratione jam laudatâ, Nazianzenus: Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ τῇ κυρίᾳ σκηνάζειν ἔοικε τοῦ θεοῦ τῆς ὑστέρης ψαλμούς. *Quin etiam magnus ille David eidem deo* (Dominicæ) *Pſalmos de ultima aſcivere videtur.*

61. τὸ θανάτῳ γήρᾳ νίκη ἐν Χριστῷ ἐν τῷ τίτλῳ τῆς ἀπιστείας ἀφῶνται.) Anglican. *per ipſum & mortem ipſius, quod quidam negant, per quod myſterium accepimus credere, & propter hoc ſuſtinemus, ut inveniamur diſcipuli Jeſu Chriſti ſolius Doctoris noſtri.*

62. τὸν λόγον κατοικοῦντος,) Vet. vulgat. interpres: *verbum Dei in tabernis prædicantes.* quod in epiſtolâ ad Trallianos *componentes* idem rectiùs expreſſit. ex 2. Corinth. 2. 17.

63. ὁ χαμαιπαίλαστος.) Nova vox, ἀπὸ τῆς χαμαὶ πίπτω καὶ λαίλαπος deducta: quâ violentiſſimos pecuniarum raptores ſive vortices ſignificari notat hic Mæſtræus.

64. μιμήσονται) Ita codex Nydpruccianus, ubi Auguſtanus habet μιμήσωνται, vetus vulgat. interp. *tentaverit*, Anglican. *perſequatur.* pro quo legendum conjecit Morelius τιμωρήσονται *punient*, Vedelius πειράσονται, *aſſument*, Patr. Junius μιμοσκήσονται. de quâ voce videnda not. 3. in epiſt. Polycarpi ad Philippenſes.

65. ἐὰν μὴ ἐφεύρῃ.) Addit vulgat. interpr. *niſi ipſe* [nos] *miſeratus fuerit.* ubi illud [nos] quod in editis legitur, in MSS. non invenio.

66. Τοιγαροῦν ἐν ἕξει τῆς ἀπιστείας ἐσμὲν ἁλῶμεν.) Anglican. *propter hoc, diſcipuli ejus effecti, diſcamus, ſecundùm Chriſtianiſmum vivere.*

67. διαμείνωσιν) Ita codex Nydpruccianus: non, διαμείνωσιν, ut perperàm legebatur in Auguſtano.

68. Ἀπόδοτε) Ita codex Nydpruccianus: ubi Auguſtanus, ἀπόδοσθε. quod noſter interpres, *deponite*, reddidit: vetus vulgatus, *abjicite.*

69. χρεστὸν

69. χριστοῦ. ἀλλ' ἵνα τὸ ἐν Χριστῷ, ἵνα μὴ ἀλλότριον τι ἀπ' αὐτοῦ νοηθῇ.) Pro his, noster Interpres habet: *qui est Jesus Christus. Salvificemus ut ipse: ne vos corrumpatur aliquis in vobis, qui ab odore vestro gaudemus*; veteris utique illius fermenti & acidi, de quo dictum fuerat. Pro ἀλλ' ἵνα vetò vulgatus Interpres *eumdem* expressit; ac ὃ legisse ἀμελλιάδιον.

70. Χριστὸν λαλεῖν ἐστὶ γλώσσης, καὶ τὸν σωθέντα Ἰουδαϊσμὸν ὑπὸ Χριστοῦ ἔχειν.) Vet. vulgat. *Christum linguâ tantùm profiteri, & Judaismum in animo habere.* Anglicanus brevius: *Christum personari, & Judaizare.*

71. ὃς δὲ Χριστιανισμὸς, οὐκ ἐστὶν Ἰουδαϊσμός.) Utrobique vetus Interpres aliter. Vulgat. *Non enim Christianitas in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianitatem*, & Anglican. similiter: *Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum.* Vid. Prolegomen. cap. XIV. pag. 102.

72. χωλύειν) Ita codex Nydpruccianus: non, χωλύεται, ut Augustanus.

73. ἐκ ἀπίστων πολὺ δὲ μᾶλλον ὄντως ἔχοντας.) Anglican. *non quia eæquivi aliquos ex vobis sic habentes*, Vet. vulgat. *falsidè scribens, non aguovi aliquos ex vobis sic habere* (ut Mſ. Magdalenensis legit) vel (ut alii) *haberi*, id est, Judaismum sectari: ut rectè exponit Stapulensis.

74. ἐν Χριστῷ, &c. usque ad, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, sub initium sequentis sectionis.) Pro istis noster Interpres tantùm habet: *in nativitate & passione & resurrectione, facta in tempore ducatûs Pontii Pilati, quæ facta sunt verè & firmiter à Jesu Christo spe nostrâ*, quæ, ex Clementinis potissimùm Constitutionibus, amplificavit Ignatii interpolator: ut ex collatione liquebit.

75. γεννωμένῳ δὲ ὕστερον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, ἤδη ἡνωμένῳ ἀνδρὶ, καὶ πολιτευσαμένῳ ὁσίως, &c.) Participia dativi casûs ex Nydpruccianο codice hìc & in sequentibus repræsentavimus: ubi Augustanus accusativa habebat, γεννώμενον, πολιτευσάμενον, παθόντα, πιόντα, κηρύξαντα, ὑποχείρια, ὑπομείναντα, ὑπερθέντα, ἀναστάντα, ἀναλήψαντα, καθεζόμενον, & ἐρχόμενον. Duobus autem membris hìc positis respondere illa Constitut. Apostol. lib. VII. cap. 37. τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα χωρὶς ἀνδρὸς, νῦν πολιτευσάμενον ὁσίως, &c. *ex Mariâ natum solùm absque viro, sanctè in vitâ versantem*, vel, πολιτευσάμενον ἄνευ ἁμαρτίας, *sine peccato in vitâ versantem*, ut habetur ibidem & libro VI. cap. 11.

76. ἐξομολογοῦσιν ὡς πολυθείαν) Codex Nydpruccianus legit: ἐξῆν ὁμολογοῦσι τῆς πολυθεΐας. Vetus vulgatus interpres: *illis qui longè erant, & ei qui propè in multitudinem* vel, *multitudinem*; ut codex Magdalenensis habet.

77. πρωτογέλαστα.) Ita habet codex Nydpruccianus; ubi Augustanus perperàm legit, πρωτογέλωτα.

78. καὶ ἀναλήψη εἰς τοὺς οὐρανοὺς πρὸς τὸν ἀποστείλαντα, καὶ καθεδῆται ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ,) Constitut. Apostol. lib. VI. cap. 11. καὶ ἀναλήψεται πρὸς τὸν ἀποστείλαντα. Sic & libro V. cap. 6. Ἀναλήψῃ εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν, & capite 18. Ἀναλήψῃ πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν θεὸν καὶ πατέρα, καθέζεται ἐν δεξιᾷ τῆς δυνάμεως.

79. καὶ ἐρχόμενον (οἶδα, ἐλπίζομεν,) ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρὸς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.) Similiter, in 28. illo capite libri V. Constitut. Apostolic. ἃς καὶ ἐλπίζομεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶτος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρὸς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. *quique in consummatione seculi venient, cum potestate & gloriâ majestatis, ad judicandum vivos & mortuos, & ad reddendum unicuique secundùm opera sua.*

80. νῦν) Ita codex Nydpruccianus: non, ὧν, ut Augustanus.

81. τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· ἐν ᾗ συναγόμενοι μιᾷ ψυχῇ ἡμῶν.) Vet. vulgat. Latin. *spei nostræ*

veſtra; à quo nulli veſtrûm averti contingat. licèt ibi MS. Baliolenſis & Petavianus legat, ut ex Græco, *ſui noſtra*, & *nulli noſtrûm*. Noſter Interpres in priore membro habet *ſuum noſtram*, in poſteriori, *nulli veſtrûm*: rectiùs, opinor.

82. Ὀναίμην ὑμῶν) Heſychius: Ὀναίμην, κτήσομαι, ἀπολαύσομαι, ὠφεληθήσομαι. Ariſtophanes, in Nebulis: Ἀλλ' ἀναμνησθείς, ὄναιτ' ἂν ὅστις. hoc eſt, ut exponit Scholiaſtes, ὁ νῦν μνησθεὶς ἐπ' ὠφελείᾳ, διαρρηθείς ἀλλοι. B. Paulus ad Philemonem: Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. quod Vetus interpres ad verbum reddidit: *Ego te fruar in Domino.* Beza paraphraſticè: *Hunc ego fructum abs te conſequar*, ſive, hoc à te beneficium percipiam. Quam veri concipiendi formulam, ab Apoſtolo acceptam, ſæpiùs ab Ignatio, tùm genuino tùm ſuppoſititio, eſſe uſurpatam; in Prolegomen. cap. V. pag. 32. oſtenſum eſt. Videnda & 96. notæ in epiſtolam ad Romanos.

83. εἰ γὰρ ἐν δεσμοῖς εἰμι, ἀλλ' ἵνα μὴ λελυμένον ὑμῶν ἐν ὑμῖν.) Vet. vulgat. *Si enim vinctus ſum, ſed ad ſalutionem omnium veſtrûm, non ſum vinctus.* Noſter Interpres, Græco accommodatiùs: *Etſi enim ligatus ſum; ad unum ſolutorum de vobis non ſum.* hoc eſt, comparandus non ſum. vel pro Æquale ſive Conſeſſore æſtimandus.

84. Δίκαιός ἐστιν κατήγορος.) Anglican. *quoniam juſtus ſui ipſius accuſator.* Vet. vulgat. *quoniam juſtus ſui accuſator eſt in primordio ſermonis*, exprimens illud, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, quod ſequitur in textu Græco, Proverb. 18. 17.

85. ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.) Verba ſunt Publicani, Luc. 18. 13. Malè igitur vetus interpres reddidit: *Dicit enim Deus, Propitius factus ſum peccatori.*

86. ἰωβήλ) Ioβ, rectiùs hic legit vetus interpres Latinus: ut interpolator hic reſpexerit ad illud Jobi 30. 19. Ἐν γῇ καὶ σποδῷ μοι ὁ μερίς. *In terrâ & cinere mea pars.*

87. ἀνθυμάζον.) Codex Auguſtanus: ἴσον ἀνθυμάζον. Sed priorem vocem, ut ſuperfluam, Græci MS. Nydpruccianus & interpretis vulgati Latini authoritate freti expunximus.

88. καὶ αὐτοὶ,) Ita codex Auguſtanus: Nydpruccianus, καὶ ὑμεῖς. Vetus vulgatus interpres, utrumque conjungens: *& vos ipſi.*

89. ἀγάπῃ,) Anglican. addit: *in Filio & Patre & Spiritu ſancto, & in principio & in fine.*

90. καὶ ἀξιοπλόκῳ καὶ πνευματικῷ Στεφάνῳ τῷ πρεσβυτέρῳ ὑμῶν,) Ita codex & Nydpruccianus & Auguſtanus: vetere etiam vulgato interprete conſentiente; qui ita reddidit, *& coronâ digno atque ſpirituali Stephano presbytero veſtro.* At interpres Anglicanus noſter ita locum vertit: *& dignè complexâ ſpirituali coronâ presbyterii veſtri.* ac ſi legiſſet: καὶ ἀξιοπλόκῳ πνευματικῷ στεφάνῳ τῷ πρεσβυτερίῳ ὑμῶν. quæ ſine dubio genuina eſt lectio. Nam quod Guil. Morelius, ſuâ authoritate, ἀξιοπλόκῳ in ἀξιοπλέκτῳ commutaverit; nulla causa erat, quare in eo poſteriores Ignatii editores illum ſequerentur.

91. ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ,) Vet. vulgat. *Subjaceat eſtote Epiſcopo*, ita enim legunt MSS. non, *Epiſcopis*, ut libri editi.

92. ὡς ὁ Χριστὸς τῷ Πατρὶ,) Anglican. addit. *ſecundùm carnem, & Apoſtoli Chriſto & Patri & Spiritui.*

93. ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκὸς καὶ Θεοῦ ἐν ὑμῖν.) Vet. vulgat. *ut laus ſit in vobis ſecundùm Deum*, ac ſi αἴνεσις legeretur in Græco, non ἕνωσις. Noſter verò interpres, non modò ἕνωσιν, ſed alia quoque aliqua reperiſſe videtur in Græco: ſic enim vertit, *ut unio ſit carnalis & ſpiritualis.*

94. εἰδὼς ὑμᾶς πεπληρωμένους πίστεως ἀγαθῆς,) Anglican. *Sciens quoniam Deo pleni eſtis.* Vet. vulgat. *Videntes vos repletos omnibus bonis.* ſic enim habent libri editi; ubi MSS. ſingulariter legunt, *videntem*; ad Deum referentes. Ego verò, ex Græco & ipſo ſenſu, *Videns*, non dubitavi ſubſtituere.

95. πᾶς

95. τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν Θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης.) Vocem ἡνωμένης ex codice Nydpruccianо reſtituimus (ut illis quæ in notâ 93. præceſſerant magis conſentaneam :) pro quâ Auguſtanus habebat, ἡρωμένης. quomodo & Anglicanum interpretem vertiſſe videmus : *unitâ veſtrâ in Deo oratione charitate.* Vetus verò vulgatus interpres reddidit, *illâ laudabili in Deo oratione* : ac ſi legiſſet, αἰνετῆς. neque plura habent hîc libri editi : cùm Baliolenſis MS. legat, *illâ laudabili in Deo oratione* ; Magdalenenſis verò & Petavianus plenè, ut nos ediditmus, *veſtrâ illâ laudabili in Deo oratione & dilectione.*

96. εὐπρέπειαν ὑμῶν) Ita codex Auguſtanus : non ὑμῶν, ut Nydpruccianus & vetus interpres Latinus : in quo legimus, *per bonam* (non *operationem*, ut in editis, ſed) *opinationem* vel *opinionem veſtram.*

97. παρόντες εἰς δόξαν Θεοῦ, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οὕτως καὶ πάντα με ἀνεπαύσατε.) Anglican. *præſentes in gloriam Dei, quemadmodum & vos : qui ſecundùm omnia me refecerunt.* Vet. vulgat. *præſentes in gloriâ Dei ; quomodo in omnibus refeciſtis me.* quomodo ex MSS. exhibuimus : quum libri editi habeant. *præſentes ; quomodo in gloriâ Dei in omnibus refeciſtis me.*

98. ἅμα Πολυκάρπῳ καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν πίστει) Vet. vulgat. *ſimul cum Polycarpo. Et cætera Eccleſia in honore* J. C. Anglican. *ſimul cum Polycarpo epiſcopo Smyrnæorum. Sed & reliqua Eccleſia in honore* J. C.

99. ἐν ὁμονοίᾳ.) Vet. vulgat. *in unanimitate.* Anglican. *in concordiâ Dei.*

In epiſtolam ad Trallianos.

1. ἐν ἀποστολικῷ χαιρεσίῳ.) Per hunc χαιρεσίῳ, inquit hîc Mæſtræus, ſalutatio quâ uti ſolebant Apoſtoli intelligitur : cujus hæc erat formula ; *Gratia & Pax*, ſive *Miſericordia*, de quâ Baron. ad ann. 45. §. 27.

2. ὃ ἐστι χρῆσιν ἀλλὰ κτῆσιν.) Noſter Interpres : *non ſecundùm uſum ſed ſecundùm naturam.* Vet. vulgat. *non in uſitationem ſed in poſſeſſionem.* ſic enim habent MSS. ubi libri editi legunt : *non in habitationem, ſed in fidei poſſeſſionem.* Senſus verò eſt, quem reddidit Vedelius : Trallenſes habere mentem inculpatam ac pietatem, non talem quæ in temporario exercitio, ſed in conſtanti poſſeſſione conſiſtat.

3. Πολύβιος) *Polybij* Trallianorum epiſcopi meminiſſe hîc Ignatium, confirmat Euſebius, libro 3. Hiſtor. cap. 36.

4. ὕπως) Lib. Auguſtanus, ἵστος, Nydpruccianus ὅντως : nos ὕπως, ex utroque inter ſe comparato, expreſſimus ; ſuffragante etiam utroque vetere Latino interprete.

5. τοῦ ὑποθύτου ὑποτάσσεσθε οὐ τῷ Κυρίῳ &c. Anglican. *Quum enim epiſcopo ſubjecti eſtis ut Jeſu Chriſto, videmini mihi non ſecundùm homines viventes, ſed ſecundùm Jeſum Chriſtum, propter vos mortuum.* Ad quod exemplar ſi Græca ita reſtituerentur : Ὅταν γὰρ τῷ ὑποθύτῳ ὑποτάσσεσθε οὐ τῷ Κυρίῳ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατ' ἄνθρωπον ζῶντες, ἀλλὰ κατ' Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δι' ὑμᾶς ἀποθανόντα : trajectione ſententiarum, quam hîc animadvertiſſe viſus ſibi eſt Vedelius, nihil fuerit opus.

6. διὰ τῦ βαπτίσματος κοινωνοὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτῦ γίνεσθε.) Pro his, noſter interpres ſimpliciter legit ; *mors effugiatis.* Vetus verò vulgatus, quum in priore membro legiſſet, ut noſtri libri habent, τὸν δὲ ἡμᾶς ἀποθανόντα, in hâc clauſulâ primam quoque perſonam rectè retinuit ; ita verba reddens, *communicantes* (ut habent MSS.) vel *participes* (ut libri editi) *reſurrectionis ejus efficiamur.*

7. ὑποτάσσεσθε) Ita, ex Morelianâ editione, repoſuimus : quum aliæ habeant, ὑποτάσσεσθαι. Nobiſcum conſentit uterque vetus Latinus interpres. Antiochus tamen homil. 124. priori modo legiſſe videtur ; ita locum iſtum recitans. Ἀναγκαῖον ὄντως ὑποτάσσε-

dus καὶ τῇ πρεσβυτερίῳ, ὡς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.

8. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Χριστοῦ Ἰησοῦ, κατὰ πάντα τρόπον ἀρέσκειν.) Anglican. similiter: *Oportet autem & Diaconos, miniſtros exiſtentes myſteriorum Jeſu Chriſti, ſecundùm omnem modum omnibus placere.* eodem planè modo quo apud Antiochum, in loco citato, legitur. κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν. quum vetus vulgatus interpres, ac ſi διακόνοις in dativo caſu legiſſet, locum ita reddiderit. *Oportet ergo & Diaconos, qui ſunt in miniſterium* (vel, *miniſtri*, ut habet MS. Magdalenenſis) *Jeſu Chriſti, omni* (vel, *in omni*, ut habent duo Oxonienſes MSS.) *modo placere.*

9. βρωτῶν καὶ ποτῶν) Antiochus: βρωμάτων καὶ πομάτων.

10. Δέον ἂν αὐτῶν τὰ ἐγκλήματα φυλάττεσθαι, ὡς πῦρ φλέγον.) Ita codex Auguſtanus 3 & vetus vulgatus Interpres, qui ſic vertit. *Oportet ergo præcepta eorum obſervare, ſicut ignem ardentem.* At codex Nydpruccianus pro, αὐτῶν, rectiùs habet αὐτοῦ: cujus ſententiam Johannes Brunnerus Latinè ita expreſſit. *Quos quidem ſales eſſe oportet, quo à reprehenſione filii tanquam ab incendio caveant.* Ab Antiocho verò locum hunc in modum productum invenimus. Δέον ἂν ἐστι αὐτοὺς φυλάσσεσθαι τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ, quomodo & noſtrum Ignatii interpretem legiſſe apparet, quum reddidit. *Oportunum igitur vos obſervare accuſationes, ut ignem.* ubi gloſſator: *obſervare accuſationes*, interpretatur, *obſervare ſe ab accuſationibus, ut ab igne.* Vide Prolegomen. cap. XVIII. pag. 129.

11. Αὐτοὶ μὲν ἕξουσι ταῦτα, uſque ad, ἀποστόλων Χριστοῦ.) Pro his, Antiochus tantùm habet. Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς τὸν Πατέρα· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ὡς συνέδριον Θεοῦ, καὶ ὡς δίσμον ἀποστόλων. & noſter Ignatii interpres, eodem ferè modo: niſi quòd verborum aliquot adjectione locus videatur vitiatus. *Similiter & omnes reverentiam Diaconos ut mandatum Jeſu Chriſti; & Epiſcopum, ut Jeſum Chriſtum* (*exiſtentem filium Patris*:) *Presbyteros autem, ut Concilium Dei & conjunctionem* (vel, ut liber Cantabrigienſis habet, *communionem*) *Apoſtolorum.* quod ipſum de Diaconis idem etiam in epiſtolâ ad Smyrnæos ita repetit. *Diaconos autem reverenimini ut Dei mandatum.* Vid. infrà, not. 92. & in epiſt. ad Smyrn. not. 62. & Prolegomen. cap. XVIII. pag. 132, 132. & cap. X. pag. 67.

12. χωρὶς τούτων ἐκκλησία ἐκκλησία οὐκ ἔστιν,) Antiochus: χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται. & noſter Ignatii interpres: *Sine his Eccleſia non vocatur.* omiſſis ſequentibus illis: ὃ συνάθροισμα ἁγίων, (ſic enim legit Nydpruccianus codex, non ἄγων, ut Auguſtanus) ὁ συναγωγὴ ὁσίων.

13. ἐξεπλάκησαν τῆς ἀγάπης) Hoc vocabulo, à Latinis accepto, uſus eſt Ignatius ſuprà, in epiſtolâ ad Epheſios; ut & infrà quoque, in epiſtolâ ad Smyrnæos. Ex utroque verò Interprete legendum hîc apparet; τῆς ἀγάπης ὑμῶν.

14. ὃ αὐτὸ τὸ κατάκριμα μεγάλη μαθητεία, ἡ δὲ σοφία αὐτῶν δύναμις.) Jo. Damaſcenus Parallel. lib. 3. cap. 30. ex Ignatio citat iſta. *Juvenis manſuetus multa ſuffert. Canities ſenum clementia: vita autem eorum cognitio vera.* quæ in noſtris Ignatianis non invenimus: niſi fortaſſis in hoc Trallianorum epiſcopi encomio aliquod illorum animadverti poſſit veſtigium. cui addendus & locus iſte, Sapientiæ IV. 9. Πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, καὶ ἡλικία γήρως βίος ἀκηλίδωτος. *Canities autem eſt prudentia hominibus: & ætas ſenectutis, vita immaculata.*

15. ἂν λογίζομαι) Græcus codex Nydpruccianus ὃν legit, & Latinus Baliolenſis, *quem.*

16. Καὶ ἐρρωμένους ὦ) Citatur hic locus, non quidem in Meliſſæ lib. 2. (ut hîc annotavit Morelius) ſed in Maximi locis communibus, ſerm. 43. & Jo. Damaſceni Parallelis, lib. 2. cap. 35. licèt negatio μὴ (quæ non ſolùm in Græco Auguſtano & Nydpruccian, ſed etiam in utroque veteri Latino interprete extat) ante verbum ἐρρώσθαι poſita non reperiatur,

tur. Ita enim apud Maximum Græca se habent. Κἂν ὑπόμιτός τι τοῦ κρείττονος ὦ, πλέον με δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ σφόδρα τοῖς ἀκμὴν φυσιοῦσί με ἐπιτείνειν χρὴ με, μᾶλλον ἐμοῦ. *Cùm in rebus divinis firmus ac robustus fuero, tùm vehementiùs timeam oportet, ab iisque caveam, qui me incassum inflant. Qui enim me laudant, flagris me afficiunt.*

17. ἀλλ' ἴσως οὐδὲ οἱ ἄξιός εἰμι.) Sententia, à quâ adversativa ista pendet, hodie desideratur in Græco: sed suppleri potest ex utroque vetere Latino interprete. Sic enim in vulgato invenitur: *Eligo enim pati*; vel, ut in MS. Magdalenensi legitur, *Eligo quidem pati.* in altero verò: *Diligo enim quidem pati.*

18. ἐμὲ δὲ πολεμεῖ.) Ita codex uterque Græcus, Augustanus & Nydpruccianus. Sed Guil. Morelius, vel ἐμὲ δὲ πολεμοῖ, vel ἐμοὶ δὲ πολεμεῖ, legendum censet.

19. χαίρω ἐν θεμάτοις, ἐν ᾧ κατακύπτω ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου ὁ διάβολος.) Citatur hæc sententia à Johanne Damasceno, in Parallel. lib. 30. & Antonio monacho, in Meliss. lib. 2. serm. 84. ubi pro θεμάτοις, legitur, θεσπίοις: & *Diaboli* quoque nomen habetur additum, quod à nostro abest Interprete.

20. Μὴ γὰρ οὐκ ἐβουλόμην ὑμῖν μυστικώτερα γράψαι;) Vet. vulgat. *Numquid non potera vobis secretiora scribere?* Anglican. *Nonne possum vobis supercœlestia scribere?*

21. μὴ, ὡς δυνάμενοι τοῦτο ἐνεγκεῖν, σφαγαλωσθῆτε. καὶ γὰρ ἐγὼ ὡς, καθ' ὃν δύναμαι, καὶ δύναμαι νοεῖν τὰ ἐπουράνια,) Vet. vulgat. *quia non valetis ferre omnia bonorum; quemadmodum ego vinctus sum. Et possum quidem intelligere cœlestia.* Anglican. *ne fortè, non potentes capere, strangulemini. Etenim ego, non secundùm quodcunque ligatus sum (ὡς καθ' ὁποῦν δύναμαι) sed potens scire cœlestia.* Guil. Morelius: *ne qui efficaciam hanc continere non potestis, strangulemini. nam & ego non quemadmodum vinctus sum, ita cœlestia intelligere possum.* eodemque ferè modo, Hieron. Vairlenius: *ne vim mysteriorum minimè capientes strangulemini. Etenim & ego, non quatenùs vinctus sum, etiam cœlestia intelligere possim.* ac si Ignatius *ex innatâ sibi humilitate dixisset, se non perinde ac vinciri potuit, etiam posse intelligere cœlestia: quemadmodum Apostoli videlicet, quibus utrumque contigit; ut & ipsi à tyrannis vincirentur, & à Deo cœlestia intelligerent. Illud enim* καὶ δύναμαι *significat* etiam possum, ita possum. *Quo sensu est facillimus, maximèque obvius, & modestiæ sanctissimi Martyris longè convenientissimus. Alioqui non reperitur, quò illa negationis particula* οὐ *referatur.* Hæc, in Apologiæ pro scriptis Ignatii capite 2. Petrus Halloixius.

22. καὶ τὰς ἀγγελικὰς τάξεις, καὶ τὰς σὺν ἀγγέλων &c.) Quia præcesserat ἀγγελικὰς & *archangelorum* Latinus codex habebat, pro σὺν ἀγγέλων (quod & in Augustano & in Nydpruccianum codice legitur) Guil. Morelius σὺν ἀρχαγγέλων substituit. Porrò de ordinum Angelicorum numero & nominibus, meminit Pseudo-Dionysius in Hierarchiæ *Cœlestis* capite 6. & 7. atque *Ecclesiastica* capite 1. de regno verò Domini, potentiâ & incomparabilitate (quorum in fine hujus periodi fit mentio) in libri de Divinis nominibus capite 12. agit idem. Eoque respexisse hîc Ignatium, nonnulli autumant. Contrà Baronius (ad ann. 109. §. 35.) *ipsum Ignatium primum in Ecclesiâ fuisse censet, qui novem novem ordinum Angelorum unâ conjunxerit.* At in Anglicani Interpretis codice, qui ab interpolatoris assumentis liber esse solet, novenarium hunc ordinum Angelicorum numerum frustrà quæseris. Pro his enim, & quæ sequuntur omnibus usque ad τὸ τῆς παντοκράτορος θεοῦ ἀνεξέταστον, habet tantùm; *loca positiones, & constitutiones, principatusque & invisibilia.* ubi ad locum Pauli Coloss. 1. 16. authorem simpliciter respexisse non est dubium: ne eum ut ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύοντα (quo nomine ejusmodi Angelicos in eâdem epistolâ perstrinxit Apostolus) incusare necesse habeamus.

23. αἰώνων τε μεγαλότητος,) *Pro* αἰώνων, *vetus interpres* ἀρχῶν *legit: reddidit explevit, vide tamen num* ἀρχῶν, *quarum Paulus meminit, ad Coloss. 1.* Ita ad hunc locum

annotat Guil. Morelius. qui tamen (ut & eum secutus Mart. Mæstræus) in eo fallitur quòd veterem interpretem θρόνων hîc legisse existimat. *Thronorum* enim mentio jam præcesserat, quos ille *sedium* expressit nomine: *æternorum* autem *magnificentiæ* hîc commemorat; ac si αἰωνίων legisset, pro αἰώνων. Æonum verò istorum neque in Scripturâ sacrâ, neque in veterum vel Hebræorum vel Christianorum scriptis ulla occurrit mentio: nisi in Valentini fortè & Gnosticorum scholâ, quorum de triginta Æonum sublimitatibus, ex Irenæo & Tertulliano, notæ sunt fabulæ. *Non puto corruptorem hunc* (ait hîc Vedelius noster) *qui hæc inseruit, Valentinianum fuisse: credibile tamen est imperitum hominem, cui id Æonûm nomen fortè auditum fuerat, nescium in eo hæreticum venenum latere, id inter cætera cœlestia, quæ hîc memorantur, locâsse.*

24. Ταῦτα γινώσκων ἐγὼ, ὅτι πίστως ἤδη τετελείωμαι, (vel ut alii habent, ὅτι πίστῳ ἤδη τετελείωμαι) ἢ μαθητὴς εἰμι οἷος Παῦλος καὶ Πέτρος· πολλὰ γάρ μοι λείπει, ἵνα Θεοῦ μὴ ὑστερήσω.] Anglicus. *Præter hoc jam & discipulus sum. Multa enim mihi* (leg. *nobis*) *deficiunt, ut Deo non deficiamus.* Vet. vulgat. ut in Græco: *Hæc igitur ego cognoscens, non omninò perfectus sum; aut discipulus esse possum, qualis Paulus & Petrus. Multum enim mihi restat, ne à Deo derelinquar.* Prima autem illa verba (quæ ab Anglicano absunt Interprete) ita interpretatur (in loco jam citato) P. Halloixius. *Hæc ego licèt cognoscerem, tamen non statim omninò perfectus essem.* quomodo solemus dicere. *Nescio, quæ à me sciscitaminî: & sciens, dicere non possum.* id est; etsi scirem, dicere mihi non liceret. *Non habeo, quæ à me petitis: & habens, dare non possum; quia non expedit.* id est, etiamsi haberem.

25. ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε.) Pro hoc loco, ex 1. Corinth. i, 10. desumpto, & reliquis quæ sequuntur usque ad finem hujus sectionis, in nostro Interprete habentur ista. *Solo alimento Christiano utaminî: ab alienâ autem herbâ recedite, quæ est hæresis, quæ & inquinatis implicat Jesum Christum, quemadmodum mortiferum pharmacum dantes cum vino mellito, quod qui ignorat, delectabiliter accipit & in delectatione malâ moritur.*

26. χριστέμποροι,) Ita & Judaizantes χριστεμπόρους idem interpolator. in epistolâ ad Magnesianos nominaverat, & τὸν λόγον χριστιανίζοντας.

27. οἰνομέλιτι) *anomelli*: ut vetus vulgatus interpres expressit. Sic enim habent libri MSS. non, *puro melli*, ut editi. Οἰνόμελι enim mulsum denotat; sive, *vinum mellitum*, ut notâ 25. ex altero interprete reddidimus.

28. γλυκυτάτῃ) Ita codex Nydpruccianus: ubi Augustanus, γλυκυτάτῳ. Interpungendus autem locus est, ut in Morelianâ editione. τῇ γλυκυτάτῃ κλαπῇς πνεύματι τοῦ χριστοῦ ἀδόσιν, ἀφυλάκτως &c. ubi in Latinâ editione, *gustabilem sensum*, ex MSS. restituimus; pro quo, *sensuales illecebras*, Jacobus Faber substituerat.

29. λεγέτω) Ita etiam codex Nydpruccianus, unâ cum vetere vulgato interprete: non λεγέσθω, ut habet Valentini Paccæi editio, vel λογιζέσθω, quod ex illâ corruptâ lectione restitui posse conjiciunt alii.

30. καὶ ὁ νόμου συνήσουσιν, ἀλλ' ἵνα ἀνομίαν καταγέλωσιν.) Ita Græcus codex uterque: & Nydpruccianus & Augustanus. Vet. vulgat. Latin. *Et legem præsumunt, non ut legem statuant; sed ut legi contraria annuncient.*

31. Χριστὸν ἀλλοτριοῦσι τῷ Πατρὶ,) Christum alienant à Patre; hoc est, aliam à Patre essentiam habere dicunt. *Vedel.*

32. καὶ τὸν υἱὸν) Conjunctionem, quæ à codice Augustano aberat, ex Nydprucciano & vetere vulgato Latino interprete restituimus.

33. τοῦτον Λέγειν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα.) Taxat hæreticorum dogma, qui non distinguebant essentiam divinam in tres personas, sed unam dicebant esse personam tantùm. *Vedel.*

34. καὶ

34. καὶ τῶν κτίσιν, ἔργον Θεοῦ ὑπὲρ διὰ Χριστοῦ,) Ita legit Nydpruccianus codex: non ἔργων, ut habet Augustanus. Vet. vulgat. *Et creaturam non opera Dei esse per Christum dicunt.* In sequentis verò sectionis initio, ubi Tigurina, Basilienses, & Plantinianæ editiones habent tantùm, Ἀσφαλίζεσθε ἓν πνεῦμα πίστις, in Morelii, Mæstræi & Vedelii editionibus præpositio est addita: Ἀσφαλίζεσθε ἓν ἐν πνεῦμα πίστις.

35. πίστεως) Ita codex Nydpruccianus: non, ut Augustanus, πίστεσι. Vet. vulgat. Latin. *opponite*, ut habent libri editi, vel *apponite*, ut ex MSS. nos exhibuimus.

36. ἵνα μὴ γένησθε πόρρω τῆς σοφίας.) Ita habet Græcus uterque, & Nydpruccianus & Augustanus: nisi quòd in hoc legatur, γένητε. Vet. vulgat. Latin. *ne efficiamini suscipula explorationis.* Non est autem dubium respexisse hîc interpolatorem Ignatii ad locum illum Oseæ 5. 1. πόρρω ἐγένοντο τῆς σοφίας, καὶ ὡς δίκτυον ἐπετήμενον ὅλη τῇ Ἰσραήλ. quod si animadvertisset doctissimus Vedelius; haudquaquàm textum Græcum corruptum esse putâsset, & σοφίας pro σοφίᾳ legisset.

37. δυνατὸν ὑμῖν ὄντων ἁγνῶν ἀχράντων (vel, ἀχραέντως, ut legunt alii) Θεοῦ] Vet. vulgat. Latin. *possibile erit vobis inseperabiles esse à Deo.* ac si legisset ἦναι, pro ὄντων. Noster verò Interpres legit hîc: *Hæc autem erunt vobis non inflatis, & existentibus inseparabilibus à Deo, Jesu Christo, & Episcopo, & ordinibus Apostolorum.* omissis reliquis interjectis, usque ad, ὁ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου.

38. καθ' ὃ ὑμῖν οἱ μακάριοι διετάξαντο ἀπόστολοι.) Ita codex Nydpruccianus: ubi Augustanus legit, καθὼς ἡμῖν. Cum altero verò consentit vetus vulgatus Latinus interpres; locum ita reddens. *secundum quod vobis beati Apostoli præceperunt*: de quo præcepto, videnda Prolegomena nostra, cap. X. pag. 67, 68.

39. Ὁ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου ὢν, καθαρός ἐστι.) Ita suprà in epistolâ ad Ephesios idem: Ἐὰν μή τις ἐντὸς ᾖ τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. *Nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei.* hoc est, *intra sacrarium*: de quo vid. suprà, not. 42. in epist. ad Magnesianos. vel, *intra cœtum fidelium*: de quo Clemens Alexandrinus, lib. 7. Stromatum. Ἐσὶ γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν θυσιαστήριον ἐνταῦθα τὸ ἐπίγειον, τὸ ἀθροισμα καὶ τῆς εὐχαῖς ἀναλαμβάνων, μίαν ἔσπερ ἔχον φωνὴν πρὸς κοινὸν καὶ μίαν γνώμην. *Est igitur altare illud quod apud nos hic est in terris, cœtus ille eorum qui precibus dicati sunt, unam quasi vocem communem habens & mentem unam.*

40. ὑπακούετε τῷ ἐπισκόπῳ.) Vet. vulgat. *obedite Episcopo vestro.*

41. ὁ δὲ ἐκτὸς ὤν, ὅτουν ἐστὶν ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων τὰ αὐτὰ πράσσων.) Vet. vulgat. *Qui verò extra altare est constitutus, extra Episcopum est & Presbyteros & Diaconos aliquid agens.* vel ut in MS. Magdalenensi legitur: *Qui enim extra altare est, ipse utique extra Episcopum est* &c. Anglican. *Qui verò extra altare est, non mundus est*: hoc est, *qui sine Episcopo & Presbytero & Diacono operatur aliquid.*

42. Τί δὲ πρεσβυτέριόν ἐστι;) Vet. vulgat. *Quid est Presbyterium?* (vel, ut in MS. Petaviano habetur; *Quid Presbyteri?*) à quo recedens Vairlenius, & eum secutus Mæstræus, ineptè reddidit; *Quid verò Sacerdotium?*

43. μιμηταὶ τῆς ἀγγελικῶν δυνάμεων) Vet. vulgat. *imitatores Christi, ministrantes Episcopo, sicut Christus Patri.*

44. Ἀνάγλυπτον.) Vet. vulgat. *Anacletus*; vocabulo Latinis magis noto.

45. ἧς ὑμεῖς) Ita codex Augustanus. Nydpruccianus, οἷς. rectius ὧν.

46. εὐθυμία Χριστοῦ) Codex Nydpruccianus: εὐθυμία γὰρ ἐστὶ Χριστοῦ. Vet. vulgat. Latin. *benecplacuis* (ut nos ex duobus MSS. Oxonienſibus exhibuimus) vel, *beneplacentes* (ut habent libri editi) *in Christo.*

47. γένησθε μιμηταὶ παθημάτων) *Christi*, addit vetus vulgatus Latinus. Noster verò interpres pro his, & quæ ad hujus sectionis finem usque sequuntur, habet ista. *recreate vosmetipsos*

γοσμεῖτε ἐν πίστει, quod eſt caro Domini; καὶ ἐν ἀγάπῃ, quod eſt ſanguis Jeſu Chriſti.

48. καθαίρῃ ἡμᾶς παλαιᾶς ἀνοσιότητος.) Vet. Latin. *mundaret antiqua impietatis* (ut legunt MSS.) vel (ut, correcto hoc Græciſmo, editores evulgârunt) *mundaret ab antiquâ impietate.*

49. μέλλοντας) Ambo codices Græci, & Auguſtanus & Nydpruccianus, ita legunt; ad ἡμᾶς remotius referentes. Morelius verò, eumque ſecuti Mæſtræus & Vedelius, cum ἡμῖν conjungentes, μέλλωσιν ediderunt.

50. Μαθὼν ἐν ὑμῖν, uſque ad, βλασφημῶσι.) Hæc ſententia, teſtimonio Servatoris (quod etiam in noſtro non habetur Interprete) prætermiſſo, citatur à Johan. Damaſceno, libro 3. Parallelor. cap. 94. licèt eam in Ignatio P. Halloixius non reperierit. (Apolog. pro ſcript. Ignat. cap. 7.) Vid. Prolegomen. noſtr. cap. XVIII. pag. 132.

51. ὁ λόγος καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῶσι.) Ita habent vulgatæ editiones ex Tit. 2. 5. & 1. Timoth. 6. 1. Noſter verò interpres; *ea quæ in Deo multitudo* ſive, ut ex Damaſceno reddidit Jacobus Billius, *multitudo ſanctæ ac divinâ quâdam virtute pradita.* ut inter multitudinem ſanctorum ac inſipientium paucitatem, cujus mentio proximè præceſſerat, inſtituatur hîc antitheſis.

52. Καφωδύνῃ ὕν, uſque ad, ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.) Locus hic, ab interpolatoris aſſumentis libro, à Theodoreto producitur in Dialogo I. quem Ἀπαθὲς inſcripſit. Collationem cum vulgato Ignatii textu & utráque vetere illius interpretatione in Prolegomen. cap. IV. pag. 20, 21. conſpiciendam propoſuimus. Vid. & cap. XI. pag. 73.

53. τῆ γενομένη ἐκ Δαβὶδ,) Theodoret. τῆ ἐκ γένους Δαβὶδ. & noſter Ignatii interpres: *qui ex genere David.*

54. ἐδιώχθη καὶ ἀπέθανεν,) Theodoret. ἐδιώχθη. & noſter etiam Ignatii interpres: *perſecutionem paſſus eſt.*

55. ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων) Theodoret. ἢ ἐπιγείων καὶ ἐπουρανίων.

56. κατῆλθεν εἰς ᾅδην μόνος, ἀνῆλθε δὲ μὴ πολὺν ὄχλον) Pro μὴ, in Mæſtræi & Vedelii editionibus, malè legitur καὶ. Ex apocryphis verò illis Thaddæi ſumpſit iſta interpolator, quæ habentur apud Euſebium, lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſtic. capite ultimo. Κατέβη [εἰς τὸν ᾅδην] μόνος, ἀνέβη δὲ μὴ πολλοὺς ὄχλους. Deſcendit [*ad infernum*] *ſolus, aſcendit autem cum grandi multitudine.* Ita Macarius Hieroſolymitanus epiſcopus, in Actis Concilii Nicæni, apud Gelaſium Cyzicenum. (lib. 1. cap. 23. al. 24.) Μόνος κατελθὼν, μὴ πλήθους ἀνελήλυθε. & Cyrillus item Hieroſolymitanus, in Catecheſi 14. meminit τῆ μόνη μὲν καταβάσει εἰς ᾅδου, πολλοστῆ δὲ ἀναβάσει. ex Matth. XXVII. 52. dicti explicatione additâ. κατῆλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα ἁγίων κεκοιμημένων ἀγίων ἠγέρθη δι' αὐτοῦ.

57. ἔρηξεν τὸν ἀπ' αἰῶνος φραγμόν.) Ex iiſdem Thaddæi apocryphis apud Euſebium loco citato. διέρηξε φραγμὸν τὸν ἐξ αἰῶνος μὴ ῥαγέντα. *dirupit ſeptum illud, quod à ſeculo nemo diruperat.*

58. παναρίθμους) Numerum hunc dierum, Act. 1. 3. à Spiritu ſancto expreſſum, veterum Ignatii Interpres hîc omiſit.

59. Τῇ δὲ θεϊκῇ,) De totâ hâc ſectione ſententiam hanc fert Vedelius. "Hæc "verba omnia irreptitia ſine dubio ſunt. Primò, quia apud Pſeudo-Clementem in Conſti"tutionibus reperiuntur, lib. 5. cap. 13. Secundò patet hæc verba hiatum facere, & inter"rumpere ſeriem orationis Ignatianæ, in quâ verba quæ ſequuntur hunc hiatum cohærere "manifeſtum eſt cum iis quæ eum antecedunt.

60. τετάρτῃ ὥρᾳ ἐπέφασιν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Πιλάτου,) Videnda Prolegomena noſtra, cap. XI. pag. 74, 75.

61. ἔπαρσιν.) Vet. vulgat. *de cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumento nuvo.*

62. ὅπως

62. ἵνα ὦσι καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.) Tota hæc ἀνάδοσις à vetere Latinâ interpretatione abeſt in Petaviano, & duobus Oxonienſibus MSS. & editione quæ Pariſiis prodiit anno 1498. & Argentinæ anno 1502. ſed ex Pariſienſi editione anni 1515. eam repoſuimus. In Græco verò Nydpruecianо codice, pro καρδίᾳ, malè hìc legitur, κοιλίᾳ.

63. Εἰ δὲ) Ita habet utérque codex Græcus; Auguſtanus & Nydpruecianus: conſentiente etiam vetere interprete inedito. Vetus verò vulgatus, *Quidam autem*, reddens, legiſſe videtur, οἱ δὲ. quod in ſuis quoque Græci textûs editionibus Morelius & Maſſæus ſecuti ſunt.

64. τὸ δοκεῖν γεγεννῆσθαι &c.) Ita legit uterque codex; Auguſtanus & Nydpruecianus: hoc ſenſu; ut vult Morelius. (qui ipſe tamen legit τὸ δοκεῖσι γεγεννῆσθαι.) *Hoc ipſe quòd opinione factus ipſe ſit homo, non verè corpus aſſumpſiſſe.* quamquam τῷ δοκεῖν rectiùs fortaſſe legeretur. Vetus vulgatus interpres hìc habet: *putativè tantùm fuiſſe hominem, & non verum corpus ſuſcepiſſe; atque putativè paſſum & mortuum.* Anglicanus verò: *ſecundùm videri paſſum eſſe ipſum; ipſi exiſtentes ſecundùm videri.* ubi, de paſſione, codex Auguſtanus ſimpliciter habet πεπονθέναι, Nydpruecianus τῷ τι πεπονθέναι: cùm integer ſenſus requirat, ut vel legatur vel ſaltem intelligatur, τῷ τι δοκεῖν πεπονθέναι.

65. εὔχομαι ὀνειρομαχῆσαι. ἀφεὰν ἔν ἀποδήσω.) Alludit ad illud Apoſtoli, in 1. Corinth. 15. 32. Καθ' ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; Idem Ignatius, in epiſtolâ ad Romanos; Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης.

66. σαρκὶ) Ita codex Nydpruccianus, & vetus vulgatus Latinus: non σαρκείν, ut ex Auguſtano Pacæus edidit. cujus erroris cauſam præbuiſſe compendio verbum ſcribendum quod annotat hìc Morelius.

67. ἐπὶ ἀγαπητὸν.) Vetus vulgatus Interpres ampliùs addit, ex loco illo Prophetæ: *& dolebunt dolore tanquam ſuper primogenitum.*

68. Ἀληθῶς τοίνυν, uſque ad. ἠρόθη δὲ νεκρῶν.) Citantur iſta in Faſtis Siculis, ſive Conſtantinopolitano Chronico, quod Alexandrini Chronici nomine à Matthæo Radero eſt editum.

69. σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν ἡμαρτωλόν.) Vet. vulgat. *corpus ſimiliter nobis paſſibile ſive peccato indutum.* uti nos ex Magdalenenſi & Petaviano codice edidimus. ubi Baliolenſis habet, *ſimile nobis*; & libri editi, omninò corruptè, *ſine nobis*, id eſt, (ſi Stapulenſem textum depravatum interpretantem, audire libeat) *ſine humanâ operatione; ſed divino operante ſpiritu, immò & totâ ſuperſubſtantiali Trinitate.*

70. ὁ πάντας ἀνθρώπους ἐν μήτρᾳ διαπλάσαν,) Vet. vulgat. *& factus eſt in vulvâ*: ſic enim habent MSS. non iterùm repetito *utero*, ut in libris editis.

71. ἀναιμάτων) Ita & codex Auguſtanus & Nydpruecianus habent, unà cum Faſtis Siculis; non αἱματῶν, ut de ſuo ſubſtituit Morelius, & eum ſecuti editores reliqui.

72. ἀναφορήσῃ, ὡς καὶ ἡμεῖς, χρόνον ἀφείδεις· καὶ ἀληθῶς ἐτέχθη, ὡς καὶ ἠσθίει.) Priori membro illud ἀληθῶς præponunt Faſti Siculi: poſterius verò prorſùs prætermittit vetus vulgatus interpres. Pleraque tamen hìc interpolator mutuatus eſt ex epiſtolâ ad Epheſios. (ſuprà pag. 45.)

73. ὑπὸ χεῖρας ἐφαπτέσθω) Hiſce etiam præponunt Faſti Siculi; ὑπὸ Νόμων. Pro χεῖρας verò, κόρης rectiùs legeretur.

74. ὀχυρώσῃ ἀληθῶς) Addit vetus vulgatus interpres; *voluntariè complectens.*

75. ἀγαγεῖ) Ita legit Græcus codex Nydpruecianus, & vetus uterque Latinus interpres: non, ut Auguſtanus, ἀγαγεῖ. i. *colliget*, vel *congregabit.* Notandum autem eſt, in noſtro interprete collocata eſſe hæc poſt verba illa, pag. 74. ἐφίεμαι τοῦτο ἵνα Παῦλος hoc modo

modo. *qui & verè reſurrexit à mortuis, reſuſcitante ipſum Patre ipſius. & ſecundùm ſimilitudinem nos credentes ipſi ſic reſuſcitabit Pater ipſius in Chriſto Jeſu, ſine quo verum vivere non habemus.* Deinde ſequuntur illa, ſuperiùs poſita. Εἰ δὲ ὥσπερ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσι. *Si autem, quemadmodum quidam ſine Deo exiſtentes, hoc eſt infideles, dicunt*

76. κατὰ ἀνθρώπῳ) Abeſt hoc à vetere vulgato interprete Ignatii, & ab ipſo textu Evangelii, Johan. 11. 26. ubi etiam pro ζήσεται, quod hîc ſequitur, legitur ὁ μὴ ἀποθάνῃ.

77. Βασιλίδιον) Vid. Prolegomen. noſtr. cap. XVI. pag. 117, 118.

78. ὅλον αὐτῶν τὸν ὀρυγμαδὸν τῆς καρδίας,) Ita appellat interpolator inconditam hæreticorum turbam. Ὀρυγμαδὸς enim Heſychio & Suidæ eſt ταραχὴ, θόρυβος, κλύδων, *turbatio, ſtrepitus, tumultus, fragor.*

79. τοὺς ἀνθρωπολάτρας,) *Ebionitas* intelligit: quorum nomen etiam à vetere vulgato Interprete hîc habetur expreſſum.

80. Νικολαΐτας, τοὺς ψευδωνύμους,) *Falſi nominis* Nicolaitas, in vetere verſione, ex MSS. reſtituimus: quum ab editis illa τοὺς ψευδωνύμους interpretatio abeſſet. De *Nicolaïtis* verò conſulend. Apocalyps. cap. II. verſ. 6. & 15. Irenæus adverſ. hæreſ. lib. 1. cap. 27. Tertullianus in lib. de Præſcription. Epiphanius hæreſ. 25. Vide & Prolegomena noſtra, cap. VI. pag. 33. & cap. XI. pag. 78.

81. τοῦ συκοφάντου.) Addit vetus vulgatus interpres: *Non enim talis fuit Apoſtolorum miniſter Nicolaus.* Ita enim nos, ex codice Magdalenenſi & Petaviano veram lectionem reſtituimus: quum Baliolenſis & libri editi legant; *Nam talis fuit Apoſtolorum miniſter Nicolaus.* planè contra Ignatii (vel interpolatoris potiùs ipſius) mentem: qui idcircò *Nicolaitas ψευδωνύμους*, quaſi *mendax nomen ſibi aſſumentes*, appellavit; quòd *Nicolai* diaconi (de quo Act. VI. 5.) propaginem eſſe falsò jactitarent. cujus tamen continentiæ hoc perſtibet teſtimonium Clemens Alexandrinus, in 3. libro Stromatum. Πυνθάνομαι δ' ἐγὼ τὸν Νικόλαον, μιᾶς γυναικὸς ἐτέρᾳ παρ' ἐκεῖνα ἐγνωκέναι γυναῖκα· τοῦτο ἐκεῖνο τέτοκεν, τοὺς μὴ ἐπὶ σωλέσι κατακεκλῖσθαι παῖδας, ἀφροσύνῃ δὲ διαιτᾶναι τὸν ἤθη. hoc eſt, (ut apud Euſebium vertit Ruffinus, lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 29.) *Mihi autem compertum eſt, Nicolaum nullam prorſùs agnoviſſe mulierem, præter eam quam in matrimonium acceperat. Cujus etiam liberi, fœmina quidem uſque ad ultimam ſenectutem caſtâ virginitate duràrunt; filius autem etiam ipſe ſanctitatem incorrupti corporis cuſtodivit.* ἐξ ὧν ἐγὼ ἤκουσα διαλεγομένου (inquit Theodoretus, lib 3. Hæretic. fabular.) ψευδῶς σφᾶς αὐτῶν ἐκ τῆς τοῦδε θεσπεσίας ἐπονομάζοντας, οἱ νῦν θεοβρήθειον ἀκολασίαν ἐπιδείκνυνται. *Ex quibus pulchrè convincuntur, eos falsò ex illius appellatione nomen ſumpſiſſe, qui antedictam impœnitentiam exercent.* Ex quibus omnibus concludit Stephanus Gobarus, in Photii Bibliothecâ, num. 232. Ἰγνάτιος μὲν τοι ὁ Θεοφόρος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ Θεοδώρητος ὁ Κύρου, νῦν μὲν Νικολαϊτῶν κατακεκρίκασιν αἱρεσιν, τὸν δὲ Νικόλαον μὴ τοιοῦτον εἶναι ἀποφαίνονται. *Ignatius Theophorus, & Clemens Stromateus, & Euſebius Pamphili, & Theodoretus Cyri epiſcopus, Nicolaitarum damnant hæreſim; ſed ipſum Nicolaum talem fuiſſe negant.*

82. τοῦ πονηροῦ) Vet. vulgat. *ipſius nequiſſimi.* id eſt, *Diaboli*: ut Stapulenſis rectè exponit.

83. Θεόδοτον,) *Theodotum* habet hîc codex Baliolenſis: quod commune aliquid cum Θεοδότῳ illo habet, à Clemente Alexandrino in libro 7. Stromatum commemorato; quem Pauli apoſtoli diſcipulum, Valentini hæretici dicunt fuiſſe magiſtrum. Nam *Theodotum* ſive *Coriarium*, ſive *Trapezitam* ipſius diſcipulum, *Ignatio* poſteriorem fuiſſe, ex iis quæ in primo Prolegomenon capite à nobis ſunt dicta, ſatis liquet.

84. Κλεόβουλον.) P. Halloxius, in Eccleſiæ primi ſæculi Imagine, quam tomo primo

Orientalium

entalium suorum scriptorum præfixit, inter hæreticos ab Ignatio commemorari annotat, *Theodotum & Theobulum* (sic enim ibi scriptum est:) *quorum propriis*, inquit, *erroribus non ipse, nec alium, quem quidem nanciscì potuerim, attingit specialim; sed generatim damnat & strictim Christi Domini crucisque odores subindicat.* De *Theodoto*, sive *Theodoro* aut *Theodoro* ille fuerit, dictum jam est aliquid. De illo verò altero, succurrebat ille Epiphanii locus, in hæresi 51. Alogorum: ubi inter eos qui, cum Ebione & Cerintho, nudum hominem fuisse Christum asseruerunt, Κλεόβιλον, οἵτινες Κλεόβουλον (*Cleobium sive Cleobulum*) numerat. cujus etiam *Cleobii*, sive *Cleobuli*, mentionem factam invenio, & apud Hegesippum (citatum ab Eusebio, libro 4. Histor. cap. κβ.) & apud Pseudo-Clementem (veteundem ipsum potiùs, & istius & Ignatii nostri, interpolatorem) libro VI. Constitut. Apostolic. cap. 8. & 16. & in Epistolâ quæ apud Armenios fertur ad Paulum Apostolum, Corinthiorum scriptâ nomine. In eâ enim *Stephanum, & cum eo Presbyteri Nominum & Bulæum, Theophilum & Nomesium*, (nescio qui) B. Paulo significant, *Simonem & Globium* execranda sua dogmata Corinthi disseminâsse: quæ cujusmodi fuerint, ita sigillatim enarrant. Dicunt, *Prophetas non esse legendos, Deum non esse omnipotentem, non esse futuram corporis resurrectionem. Hominem à Deo fuisse creatum prorsùs negant. Jesum Christum ex corpore Mariæ Virginis natum fuisse non agnoscunt; neque à Deo Mundum creatum fuisse volunt, sed à quibusdam Angelis.* Armenicum hujus Epistolæ apographum, Smyrnæ descriptum, unâ cum apocryphâ B. Pauli ad eandem responsione (tertiæ ad Corinthios epistolæ titulum præferente) penès *Gilbertum Northum* extat, virum & generis nobilitate & ingenii dotibus apud nos notissimum.

85. ἐκριζωθήσω.) Vet. vulgat. *eradicabitur*. quomodo etiam est in Evangelio, Matth. 15. 13. ἐκριζωθήσεται.

86. εἰ γὰρ ἦσαν ἐν Παγοῖς καλοῖς, ὡς ἂν ἦσαν ἐχθροὶ ⸗ σαρκὸς) Anglican. *Si enim essent; apparerent utique tanti Crucis, & esset utique fructus illorum incorruptibilis.*

87. κολάζουσι γὰρ Ἰουδαίων ἀδικοπραγίαι, καὶ διαιρέσεις, καὶ κινοπλοκίαι.) Vet. vulgat. *Operiuntur*, (ita enim ex MSS. restituimus, ubi in editis corruptè legitur, *Operantur*) *Judæorum iniquitates; illorum scilicèt, qui & Deo rebelles extiterunt, & Dominum occiderunt.* Vid. Prolegomen. nostr. cap. XIV. pag. 101, 102.

88. Τιμᾶς δὲ παρακαλῶ Χριστὸν &c.) Anglican. *per quem, in passione ipsius, advocati vos existentes membra ipsius. Non potest igitur caput nasci sine membris: Deo unionem repromittente, quod est ipse.*

89. ὧν οἱ ἡγούμενοί με καὶ πᾶν ἀνέπαυσαν,) Anglican. *qui* (fortè *quæ*, Ecclesiæ sc.) *secundùm omnia quievere me fecerunt:* ἡγούμενον nomine non expresso. Vet. vulgat. *quæ & præsidentes, me requieverunt in omnibus.* non, ut in libris editis perperàm legitur: *quæ & præsentes me id requisierunt.*

90. ἃ ἐλπίζω ἐπιτυχεῖν,) Anglicam *quæ conor potiri.* Vet. vulgat. *cui subjacere.* Vedelius legit πλησίασαι, propinquus, vicinus sum; & interpretatur, *quam propediem consequar.*

91. Μνημονεύετε ἡμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας.) *Memores estote nostræ quæ in Syriâ est Ecclesia.* quòd à nostro Interprete plenius est expressum: *Mementote in orationibus vestris ejus quæ in Syriâ Ecclesiæ.* quum in vetere vulgatâ versione habeatur: *Memor est vestri Ecclesia quæ est in Syriâ.* ita enim ex MSS. reposuimus: ubi libri editi legunt; *memores vestri, Ecclesiaque quæ est in Syriâ.* Pæsus etiam hìc legit ὑμῶν: sed quæ mox sequuntur, οὐκ εἰμὶ ἄξιος εἶμι, inquit Morelius, ἡμῶν comprobant.

92. ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ,) *ut Dei mandato*, addit hìc noster Interpres. Vid. suprà, not. 11.

93. τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις.) Idem; *Presbyterio*, mentione Diaconorum penitùs omissâ.

94. Ἁγιάζετε ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα.) Idem: *Caſtificate veſtrum meum ſpiritum.* Vet. vulgat. *Caſtificet vos ſpiritus meus.*

95. Ὁνάιμην ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ.) In noſtro Interprete non habetur. Vet. vulgat. *& acquiſiti in Domino. Amen.* vel ut MSS. Magdalen. & Petavian. habent: *Acquiſivi vos in Domino* ſine *Amen.* Vid. in epiſt. ad Magneſian. not. 10, & 12.

In Epiſtolam ad Romanos.

Tota hæc Epiſtola Actis martyrii S. Ignatii à Simeone Metaphraſtâ ἐκ λέξεως (uti ipſe ait) *ad verbum* eſt inſerta: cum ἐπιχαρῇ hâc, longè quàm illa breviore quæ in vulgatis circumfertur exemplaribus.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τῇ ἁγιασμένῃ ἐν μεγαλόνοιᾳ Πατρὶ ὑψίστου, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ, ἐκκλησίᾳ ἠλεημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἃ ἔστι κατ' ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων· ἀξιόθεος ὑπάρχουσα ἐπιτυχεῖν ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πάσῃ καὶ παντὶ πνεύματι ἠνωμένῳ πίστει ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένῃ χάριτι Θεοῦ. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ χωρίῳ χαίρειν.

Eam verò quæ à Metaphraſtâ propoſita eſt, *mortùs pro veræ & ſinceræ inſcriptione habendam eſſe*, in Apolog. pro ſcriptis Ignatii cap. 12. pronunciat Petrus Halloixius; non vulgatam illam alteram, in quâ, præter alia quæ ſimiliter Metaphraſtes non vidit, ſimul conjuncta leguntur illa Romanæ Eccleſiæ elogia. ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς, ἀξιομακάριστος, ἀξιόπιστος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, χριστώνυμος, πατρωώνυμος, πεπμπαφόρος. *Quæ nihil aliud eſſe, quàm coacervata & malè congeſta laudis opprobria*, ingenuè agnoſcit Jeſuita. De reliquo verò Epiſtolæ corpore Jacobus Faber Stapulenſis in lectores præmonendos fuiſſe cenſuit. *Hic piiſſimus martyr Romanorum rogat Eccleſiam ne, vinculis ſuis carnaliter compatientes, procurent ejus ſolutionem; ne impediant ejus coronam, ne retardent ejus coronam: quod favore principum & Urbis gubernacula adminiſtrantium eos facilè poſſe intelligebat. Et tota Epiſtola multâ pietate referta eſt: & qui pius eſt Chriſtianus eam ſine lachrymis non leget. Verba enim ſunt mentis extaſim divini amoris patientis: & beati qui illo igne calent.*

1. ἠλεημένῃ.) Vet. vulgat. *miſericordiam conſecuta.* Anglican. *habenti propitiationem.* Codex Nydpruccianus, contra aliorum conſenſum, εὐλογημένῃ, legit.

2. ὑψίστου Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Ἰησοῦ.) Anglican. *Patris altiſſimi & Jeſu*: nomine Θεοῦ omiſſo. Vet. vulgat. *Dei altiſſimi, Patris Jeſu*: retento *Dei* nomine, ſed conjunctione præpoſtera. Apud Metaphraſtem lectio habetur, ex utrâque mixta: Πατρὸς ὑψίστου, καὶ υἱοῦ Ἰησοῦ.

3. ἠλεημένῃ.) Ita, cum vulgato vetere Latino interprete, legit uterque codex Græcus: & Simeon quoque Metaphraſtes, ſi P. Halloixio credimus. Sed & in eo quo ego uſus ſum Græco Metaphraſtæ exemplari, & in eo quo uſus eſt Latinus illius interpres, ἠλεημένῃ, habebatur: quomodo & verus noſter Ignatii interpres, *dilecta*, reddidit.

4. πεφωτισμένῃ.) Apud Metaphraſtam quoque ſimiliter legitur: ſi Halloixio fidendum. Nam & in noſtro & in eo quo Latinus interpres uſus eſt codice, θελήσαντος legitur: antiquo etiam noſtro Ignatii interprete conſentiente; qui, *volentis*, reddidit.

5. ἥτις προκάθηται.) Metaphraſtes; ἥτις καὶ προκάθηται: conſentiente utroque vetere Latino Ignatii interprete.

6. ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων.) Ita habet uterque codex Græcus, conſentiente etiam utroque vetere Latino interprete: quorum alter, *in loco chori* (vel *chorii* potiùs, Græcâ χωρίου voce retentâ) alter, *in loco regionis Romanorum*, reddidit. Similiter & Metaphraſtes legit:

git: licèt Halloixius, contra MSS. fidem, ἔθνη, pro τόπῳ, ex eo repoſuerit. Nàm quod eruditiſſimus etiam Caſaubonus *barbaram locutionem* hanc nominat: non magis barbaram habendam reſpondet Vedelius, quàm illam conſimilem, Lucæ IX. 10. ubi Chriſtus cum Apoſtolis ſeceſſiſſe dicitur, εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά: atque ad *regiones ſuburbicarias*, cum Jacobo Gothofredo, eam refert; quæ Præfecti Urbis Romanæ adminiſtrationi ſuberant. Planum eſt enim, Ignatium de Romanâ Eccleſiâ ut *Topicè* hìc loqui, non ut *Oecumenicè*. De τόπῳ verò & χωρίῳ nominibus conſulantur doctiſſimi Salmaſii Plinianæ exercitationes, pag. 772. & 982.

7. ἀξιόθεος,) in Plantinianis editionibus (anni 1566. & 1572.) vox hæc per errorem eſt omiſſa. De hâc verò, & ſequentibus ejuſdem generis compoſitionibus, vide Prolegomen. cap. V. pag. 51.

8. ἀξιοπρεπῶς,) Ita codex Auguſtanus: ubi noſter interpres, *dignè ordinatam*, reddidit; ac ſi ἀξιοπρεπῆ, aut quid ſimile, legiſſet. In Nydpruccianо codice ἀξιοπρεπῶς legitur: quod & vetus vulgatus interpres ſecutus eſt *fide digna*, vertens.

9. ἁγίας,) Vet. vulgat. *caſtitate digna*. Anglican. *dignè caſta*. Lib. Nydpruccianus ἁγίᾳ.

10. σεσαρκωμένη τῆς ἀγάπης, χριστώνυμος,) Vet. vulgat. *fundata in dilectione & fide Chriſti*: vel ut Magdalenenſis & Petavianus MS. habet, *& lege Chriſti*. quaſi pro χριστώνυμος, in Græco χριστόμος legiſſet. quomodo & à noſtro Interprete locum hunc verſum invenimus. *Præſidens in charitate, Chriſti habens legem.*

11. τῆς κατὰ σάρκα καὶ σπόρμα) Vet. vulgat. *quæ eſt ſecundùm carnem & ſemen*. ac ſi referendum hoc eſſet ad filium Dei, non ad Romanos.

12. ἠνωμένους πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένους) Apud Metaphraſtam legimus ἡνωμένῳ (licèt, ἡγιασμένῳ ex eo reptæſentet Halloixius) & πεπληρωμένῳ: quod bene convenit cum contractâ illâ Epiſtolæ hujus inſcriptione, quæ ibi eſt propoſitæ. Dativum tamen retinet vetus utérque Ignatii Latinus interpres: gloſſâ etiam ad Anglicanum appoſitâ, quæ monet nomen *unitis* cum nomine *Eccleſiæ* eſſe conjungendum (interpoſitis illis omnibus, quæ pag. 210. parentheſi habentur incluſa) *pluraliter ſc. ſingulari pro multitudine ſubintellectâ: ſicut dicitur; Turba ruunt.*

13. πάσης) Abeſt hæc vox, & à Metaphraſtâ, & ab utroque vetere Ignatii interprete. Sequens verò participium, ἀπολελυμένους, noſter Interpres *abſtractis* reddidit, vetus vulgatus *ablutis*, Morelius magis propriè, *expurgatis* ac *defæcatis*, expoſuit. Notum enim eſt ex Matth. XXIII. 24. quid ſit, διϋλίζειν τὸν κώνωπα.

14. Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ) Illud ἡμῶν abeſt, non ſolùm à Metaphraſtâ, ſed etiam à Græco Nydpruccianо & vulgatis editionibus veteris interpretis Latini. quanquam in Petaviano & duobus Oxonienſib. MSS. apud eum quoque legerimus; *Domino noſtro Jeſu Chriſto.* Noſter Interpres habet: *Domino Jeſu Chriſto Deo noſtro.* quæ in Metaphraſtæ variantibus exemplatibus disjunctim reperiuntur: Oxonienſi noſtro, τῷ κυρίῳ, aliis τῷ θεῷ (ſed illo ἡμῶν utrobique prætermiſſo) hìc exhibentibus.

15. Ἐπευξάμενός τῷ Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν) Ita uterque vetus interpres: *Deprecans Deum*, licèt codex uterque Græcus, Auguſtanus atque Nydpruccianus, Ἐπὶ εὐξάμενος τῷ Θεῷ, habeat: ſenſu relicto imperfecto, atque oratione ſuſpenſâ. Apud Metaphraſtam quoque legitur, Ἐπὶ εὐξάμενος Θεῷ: ſed quia in ſequentibus omiſſa ſunt nonnulla, quæ in vulgatis editionibus adſunt, ſententia fluit ſatis integra; ſic, ut à Metaphraſtæ interprete Latinè eſt expreſſa. *Cùm Deum precatus, obtinuerim ut viderem ſpectabiles voſtros vultus; vinctus in Chriſto Jeſu ſpero me vos ſalutaturum.* Pro ἐπέτυχον verò Patricius Junius fortè legendum exiſtimat ἐπιτυχὼν vel ἐπιτυχῶς: niſi fortè interpungendo ſic legatur; Ἐπευξάμενος, Ϝ Θεοῦ ἐπέτυχον, ἰδεῖν &c. vel ſic; Ἐπευξάμενος Ϝ Θεοῦ ἐπιτυχὼν καὶ ἰδεῖν.

16. τὸ ἀξιόθεατον ὑμῶν) vel τὸ ἐφόσιμον (ut repetito articulo apud Metaphraſtam legitur) *dignus vultus* reddidit vetus vulgatus interpres, *Deo dignos vultus* Morelius, *ſanctiſſima ora* Brunnerus, *divinas facies* Vairlenius, *dignas viſione facies* interpres noſter, & Latinus Metaphraſtæ (in eandem ſententiam) *ſpectabiles vultus*. aliis ad θεὸν, aliis ad θεὸν illam ἀξιότητα referentibus. Pro ὑς verò, rectiùs ὡς legiſſe videtur uterque vetus Interpres.

17. ἐάντερ θέλημα ἢ τῦ ἀξιωθῆναι με εἰς τέλ⊖.) Metaphraſt. ἐάντερ θέλημα τῦ Θεῦ ἢ τὸ ἀξιοθῆναι με ἢ εἰς τέλ⊖ ὅπως ἔσται. Ver. vulgat. *ſiquidem fuerit voluntas illius, qui dignum me facat uſque in finem propoſitum meum conſummare*. Anglican. ad verbum, ut eſt in Græcis editis: *ſiquidem voluntas ſit ut dignificer in finem eſſe*.

18. ἀρχὴ) Ita habet uterque codex Græcus: conſentiente etiam utroque vetere Latino interprete. Apud Metaphraſtam tamen legitur εὐχὴ *votum*.

19. μὴ) Habetur negatio hæc in Græco Auguſtano, & vetere noſtro interprete. Sed à Metaphraſtâ, & vetere interprete vulgato, abeſt: à quibus nec codex Nydpruccianus diſſentit, qui pro μὴ legit γε.

20. ὥσπερ γὰρ ἀρίσκετι. ὅτε γὰρ ἐγὼ ἔξω ποτὲ χωρὶς) Metaphraſt. ὥσπερ δὲ γὰρ ἀρίσκετι. ὅτε γὰρ ἐγὼ ἄλλοτ ἔξω ποτὲ χωρὶς.

21. ὅτε ὑμεῖς,) Hiſce verbis, apud Metaphraſtam & in codice Nydpruceiano, terminatur præcedens, in Auguſtano rectiùs inchoatur ſequens ſententia. quod & in ſuâ editione Mæſtræus obſervavit, ſed negativâ ὅτε prætermiſſâ: cui favet & vetus vulgatus Latinus interpres. Noſter enim legit, ut nos exhibuimus: *Neque vos, ſi taceatis, meliori operi habetis inſcribi*. quæ ſententia non ſolùm in Metaphraſtâ, ſed etiam in vulgati Latini interpretis exemplaribus editis deſideratur: licèt eam nos ex MSS. exemplaribus reſtituerimus.

22. πλεῖον δέ με παρέχωδε τῦ σπονδισθῆναι Θεῷ,) Metaphraſt. πλέον δέ μοι ⟨illegible⟩ σπονδιθῆναι Θεῷ. Codex Nydpruccianus: πλεῖον δέ μοι παρέχωδε, εἰ ἤδη σπονδισθείδε με τῷ Θεῷ. Ver. vulgat. *Multum enim mihi præſtatis, ſi me offeratis Deo*: Anglican. *Plus autem mihi non tribuetis, quàm ſacrificari Deo*, ac ſi legiſſet: πλεῖον δέ μοι ὑ παρέχωδε, vel παρέξεδε.

23. χορὸς γενόμενοι, ἅσπε) *Carmen* ſc. *quale Eccleſia Deo canebant, quando martyr aliquis hujus ciò labentis vita certamen pro Chriſto intrabat, piè orantes, ut Deus daret illi felicem in eo conſummationem*: inquit hic Faber Stapulenſis.

24. εἰς λύσιν ⟨illegible⟩ ἀνατολῆς μετατιμ⟨illegible⟩⊖.) Ante vocem μετατιμ⟨illegible⟩. Metaphraſtes ponit τῦτον, & poſt eam codex Nydpruccianus καὶ: quæ conjunctio in codice Auguſtano non habetur.

25. καλῶν, ἢ διαλυθῆν ἀπὸ κόσμε εἰς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατέλλω) Ita codex Nydpruccianus. Poſt καλῶν, Auguſtanus legit, ἢ διαλυθῆναι ἀπὸ κόσμε πρὸς Θεὸν. Pro καλῶν verò participio, vetus uterque interpres καλὸν legit adjectivum: quod vulgatus tamen ad præcedentia retulit, ita locum reddens. (*martyrem bonum, proficiſcentem de mundo ad Deum*) noſter verò Interpres ad ſubſequentia, hoc modo, *Bonum occidere à mundo in Deum, ut in ipſo oriar*. A quo non multùm recedit Metaphraſtes, niſi quòd ſententiam iſtam ita generaliter efferat, Καλὸν τὸ δύναι ἀπὸ κόσμε πρὸς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατέλωμεν. quam Latinus ejus interpres ſic expreſſit. *Pulchrum eſt à mundo occidere ad Deum, ut ad ipſum exoriamur*. Mæſtræus, ἀνατολῆς illâ metaphorâ diei obitûs ſui propinquum deſignâſſe Ignatium aſſerit: quem ab eo vocari *exortum & natalem* addit, communi illo more à Chriſtianis recepto, quo dies, quibus Martyres paſſi fuerant, *Natalitia* appellabantur. Probabiliùs multo Vedelius noſter δύσεως καὶ ἀνατολῆς (nam τὸ δύναι vel διαδύναι, cum Metaphraſtâ & vetere Latino interprete, quos ille tamen non viderat, legendum hîc affirmat)

antitheſi

antitheſi obſervatâ, Ignatium *metaphorâ à ſiderum ortu & occaſu* ductâ uſum fuiſſe existimat. Dixerat ille, *ſe ab ortu in occaſum proficiſci ad martyrium. Jam manet in illa metaphorâ: & ait id ideò fieri, ut tranſeat in illa ſuâ profectione ad Deum, quò in eo oriatur. Ut enim Sol ab ortu in occaſum tendens, ubi dè pervenit, non ibi ſubſiſtit, ſed perpetuo progreditur, uſque dum ſuperato etiam inferiori hemiſphario in tale vel tali puncto oriatur: ſic ignem hic Martyr ait ſe Antiochiæ, quæ in oriente eſt, Romam, quæ eſt in occidente, proficiſci, ut per Martyrium in mundo quidem occidat & ex eo evadat, in Deo tamen oriatur.* Quò referendum & illud Chryſoſtomi, de eodem Ignatio. (tomo 5. edit. Savil. pag. 503.) ὡσπερ ἡλίος τις ἐξ ἀνατολῆς ἀνιὼν, καὶ πρὸς τὴν δύσιν σπεύδων. *velati Sol quidam ex oriente proveſtus, & ad occaſum decurrens.* & Græcorum, in Menæo ſuo (ad diem 20. Decembris) Ignatium ita alloquentium. Τοῖς σβέσασι τῆς πίστεως, ὡς ἥλιος, πῶς γὰρ γενναίως διέδραμες ἀπ' ἄκρων ἕως δύσεως, καὶ δύνας ἀδύτως ἀπὸ γῆς εἰς Χριστὸν τὸ φῶς ἀναπέμπεις αὐτῷ τῆς εὐφημίας. *Curſibus fides, tanquam Sol, à cœli faſtigio generoſe terram percurriſti; & occidens ſine occaſu à terrâ in Chriſtum, lumen immortalitatis cum illo unâ conſcendis.* Portò totum hunc Ignatii locum, parentheſi incluſum, ita fine parentheſi, legendum cenſet vir doctiſſimus Herbertus Thorndikius. ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τῆς Συρίας καταξίωσεν ὁ Θεὸς διρεθῆναι [εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος] καλὸν τὸ δύνειν αὐτὸν ἀπὸ κόσμου εἰς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλῃ. sive ἀνατείλῃ, ne mutatio personæ difficultatem faciat; etſi ab Ignatii locutione non abhorret. Antitheſis τὸ δύνειν καὶ ἀνατέλλειν, quam altera vetus Latina verſio ſervat, neceſſaria eſt ad ſenſum. Incluſa uncis manifeſtò addita ſunt. Hæc ille.

26. δύναμιν αἰτοῦσί με) Metaphraſt. μοι δύναμιν αἰτήσασθε παρὰ Θεοῦ. *Rogate ut detur mihi vires à Domino.*

27. [ὅσωδήν τε καὶ ὄξωδιν,] & paulo pòſt [λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω, ἵνα μὴ μόνον] Omittuntur iſta non ſolùm in Metaphraſtâ, ſed etiam in vetere vulgatâ Latinâ verſione. In noſtro tamen ea habentur Interprete.

28. πρὸς εἶναι,) Metaphraſt. πρὸς ὀφθῆναι.

29. ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι,) Ibid. & in codice etiam Nydprucciano: ὅτι κόσμῳ μὴ φαίνομαι.

30. ἐὰν φανῶμεν, αἰώνιον· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα &c.) Metaphraſt. ἐὰν γὰρ φανῶμεν αἰώνιον· ἐπεὶ καὶ τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα. Anglican. *Nihil apparentiâ* (vel *apparentia*) *bonum eſt.* deindè, pro teſtimonio illo 2. Cor. 4. 18. ſubjicitur. *Deus enim noſter Jeſus Chriſtus in Patre exiſtens magis apparet.*

31. ἐστέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἐκῶν) Ita apud Metaphraſt. In Auguſtano quoque & Nydprucciano codice ſimiliter: niſi quòd, pro ἐστέλλομαι, in illo habeatur ἐστάλμαι, in hoc ὑπέστελλα, ab utroque verò abſit pronomen ἐγὼ.

32. βρῶμα, δι' ὧν θέλει) Metaphraſt. βοᾷν, δι' ὧν ἔτυχε.

33. Σῖτός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος Θεοῦ εὑρεθῶ.) Aurea hæc Ignatii ſententia ab Irenæo citata eſt, libro 5. cap. 28. ubi in Græco (ab Euſebio, libro 3. Hiſtor. κεφ. λς'. producto) nomen Θεοῦ poſteriore loco eſt omiſſum, quod in antiquiſſimâ tamen Latinâ Irenæi interpretatione extat. quomodo etiam in vetere vulgatâ Ignatii verſione legitur; *ut poſſim panis Dei mundus inveniri*: vel, ut ex Petaviano & Magdalenenſi MS. nos edidimus; *ut mundus panis Dei inveniar.* Metaphraſtes habet: ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. & noſter Ignatii interpres ſimiliter: *ut mundus panis inveniar Chriſti.* quin & ipſe Rufinus etiam, illa Irenæi vertens apud Euſebium: *ut panis mundus efficiar Chriſto*, tranſtulit. Græci in Menæo ſuo, Decemb. 20. de Ignatio. Σῖτος Θεοῦ καθαρὸς εἰμι, ἔλεγε, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα ἄρτος γένωμαι ἀναστηλούμενος τῷ ἔρωτι, καὶ Θεῷ κεκαθαρμένος. *Purum Dei frumentum ſum, inquiebat,*

& dentibus beſtiarum molar, ut panis amatori conſecratus fiam, & Deo purgatus. Porrò Irenæum verba illa ex Ignatii epiſtolis produxiſſe, in loco citato affirmat Euſebius: licèt ſimilia etiam ipſo agonis tempore prolata ab eo fuiſſe, in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo dicat Hieronymus. *Cùm jam damnatus*, inquit, *eſſet ad beſtias, & ardore paſcendi rugientes audiret leones, ait: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Cum quo faciunt & Actorum Ignatii deſcriptores: qui eum ad circumſtantes ſupremum hunc ſermonem habuiſſe ferunt. Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, οἱ τῶν ἀγώνων θεαταί, ὑ φαύλης ἕνεκα πρὸς σφᾶξιν ἢ μοιμφῆς τινὸς πάσχω, ἀλλ' ἕνεκα εὐσεβείας. Σῖτος γάρ εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς γένωμαι. quæ & Latini in Acta, quibus ipſi utebantur, Ignatii ita tranſtulerunt. *Viri Romani, qui hoc certamen ſpectatis, non ſine cauſâ laboravi, non propter pravitatem hanc patior, ſed propter pietatem. Triticum enim ſum Dei, & dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus efficiar.* & Græcè (Metaphraſtæ hîc uſus libertate) Simeon Logothetes uberiùs ſic expreſſit. Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, καὶ τῶ παρόντι ἀγῶνος μου θεαταί· ὑ φαύλης πρὸς ἕτερον ἐμοὶ ταῦτα, οὐδὲ πονηρῶν σφέξεων ὑπάρχοντι δίκιω. ἀλλ' ὥστε Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ὅπερ ἐρῶ καὶ ἀληθῶς ἐρίσμαι. Σῖτος γάρ εἰμι αὐτῶ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς αὐτῶ ἄρτος γένωμαι. *Viri Romani, & præſentes hujus certaminis ſpectatores; non hæc mihi fiunt, ut ſuam panas alicujus maleficii, aut ſcelerata alicujus actionis, ſed ut Deum aſſequar: cujus quidem ſumor deſiderio, & quem cupio inſatiabiliter. Sum enim ejus frumentum, & molor per dentes beſtiarum, ut ſiam ei purus panis.*

34. βαρὺς τινι ὀφθήσομαι.) Metaphraſt. βαρὺς γένωμαι.

35. τότε δ' ἔσομαι, uſque ad, θυσία ὀφθῶ.) In veteris Latini interpretis editionibus, atque etiam in Baliolenſi MS. deſiderabantur iſta omnia: quæ nos ex Magdalenenſi & Petaviano codice illi reſtituimus.

36. ὁ κόσμος ὄψεται.) Metaphraſt. ἵνα ὁ κόσμος ὄψεται.

37. τὸν Κύριον) Metaphraſt. τῶ Χριςῶ. ſic & Anglican.

38. Θεῷ θυσία ὀφθῶ.) Metaphraſt. ſine Θεῷ (vel Θεοῦ, ut noſter Interpres, & Nydpruccianus codex habet:) θυσία καθαρὰ ὀφθῶ.

39. ἀλάχιστος.) Metaphraſt. κατάκριτος. Similiter & Anglican. *condemnatus.*

40. ἀλλὰ ἐὰν πάθω,) Ita habet Græcus uterque codex, & uterque vetus interpres: apud Metaphraſtam verò legitur. ἀλλ' ἐὰν θελήσητε. *ſed ſi volueritis.*

41. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης) Citatur integra hæc ſectio ab Euſebio, libro 3. Hiſtor. Eccleſ. κεφ. λς. & Hieronymo, in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo: ex cujus tranſlatione Latinâ novam Græcam concinnavit interpres ipſius Sophronius. Producuntur iſta à Gildâ quoque, in epiſtolâ quâ caſtigat clerum Britanniæ: ſed ex Rufinianâ Euſebii verſione.

42. θηριομαχῶ, διὰ γῆς &c.) Ita codices noſtri legunt: non duobus ſolùm antiquis Ignatii Latinis interpretibus, ſed etiam Euſebio, Rufino, Hieronymo & Sophronio pariter conſentientibus. Legit autem Metaphraſtes; θηριομαχῶν, κατὰ γῆς: & alter anonymus Actorum Ignatii deſcriptor; θηριομαχῶν ἤχθην διὰ γῆς. Vide not. 65. in epiſtol. ad Trallianos.

43. ἐστρατιώτου δέκα λεοπάρδοις) Græcus ille anonymus & ineditus Actorum Ignatii deſcriptor ita metaphoram hanc explicat. ἦσαν δὲ οἱ φυλάσσοντες αὐτὸν Τρῳανοὶ στρατίωτοι, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀνήμεροί τινες καὶ θηρίων ἤθεσιν ἔχοντες. quæ Latinè antiquus eorundem Actorum interpres ſic expreſſit. *Fuerunt autem cuſtodientes eum Trujani executores, numero decem, immanſuetis quidam & beſtiarum moribus habentes.*

44. ὃ δὴ φαντασικὸν τύγμα.) vel σῖφος, ut (eodem ſenſu) locum hunc Ignatii citans, habet idem ille Anonymus: pro quo Latinus illius interpres ſubſtituit; *quod eſt militaris cuſtodia.*

cuſtodia. vel, ut vetus vulgatus Ignatii interpres exprimere maluit; *hoc eſt, cum militarî cuſtodiâ.* Noſter verò Ignatii interpres ad verbum Græca reddidit: *quod eſt mutatis ordo.* Rufinus, ſuo more, paulo liberiùs: *militibus, dico, ad cuſtodiam datis.* Hieronymus: *hoc eſt, militibus qui me cuſtodiunt.* & ex eo Sophronius, τουτ' ἐστι στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με.

45. ἀλλ' ἐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι.) Verba hæc (Paulinis illis reſpondentia, 1. Cor. 4. 4. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι) apud Metaphraſtam deſiderantur; cùm à noſtris libris omnibus Græcis & Latinis, atque etiam ab Euſebio, Rufino, Hieronymo & Sophronio, agnoſcantur.

46. Ὀναίμην ἐγὼ θηρίων) Chryſoſtomus in Ignatii noſtri Encomio: Ἄκουσε τῶν αὐτὸν τιμωρίας ὁ τρόπος μίνως, Ἐγὼ δὲ θηρίων ὀναίμην, ἔλεγε. Hieronymus, in vitâ ejuſdem: *Utinam fruar beſtiis.* Auguſtinus de doctrinâ Chriſt. lib. 1. cap. 33. *Vicinſimè dicitur frui, cum delectatione uti.* & in lib. de fide & ſymbolo, cap. 9. *Eo quod quiſque novit non fruitur, niſi & id diligat.* uti obſervavit Caſaubonus: qui per Græcum hoc ὀναίμην, & illud illuſtrat quod in Galbâ Suetonii, cap. 20. dictum legitur, *Galba, cupidè fruaris ætate tuâ.* & mentem Ignatii hâc explicat paraphraſi; *Det Deus, ut quem primùm percipiam fructum, quem ſpero & opto ex Martyrio quod me manet.* Vid. not. 32. in epiſt. ad Magneſianos.

47. ἑτοίμων ἠτοιμασμένων.) Euſeb. ἑτοίμων. Hieronym. *quæ mihi præparata ſunt.* Rufin. *quæ præparantur mihi.*

48. ἃ ἐγὼ εὑρόμην αὐτομὰ μοι ἐξελθεῖν. ἃ καὶ κολακεύσω,) Metaphraſt. καὶ εὑρόμην ἑτοίμα μοι &c. Anglican. *Et oro promptas mihi invenire: quibus & blandiar.* Rufinus: *Quare ego & opto acriores parari; & invitabo.* Hieronymus: *Quas & oro veloces mihi eſſe ad interitum; & alliciam.* unde interpolata fuiſſe videtur veteris interpretis Ignatii vulgata editio: in quâ legitur. *Quas & opto mihi veloces eſſe ad mortem interitum, & alleci.* cùm MSS. habeant, ſicut nos edidimus: *De quibus opto mihi compendium invenire, & illeciam.* h. e. ad lacerationem mei provocabo: quomodo & antè voce κολακεύειν uſus eſt in hâc eâdem epiſtolâ. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται. *Immò blandiùs demulceto potiùs feras, ut mihi ſepulchrum fiant.*

49. κἂν αὐτὰ δὲ ἐκόντα μὴ θέλῃ.) Ita codex Nydpruccianus. Euſebius: κἂν αὐτὰ δὲ ἑκόντα μὴ θέλῃ, vel, θελήσειεν, ut habet Metaphraſtes; in reliquis cum Euſebio conſentiens. Lib. Cantabrig. *Sed etſi ipſa volentem non velint.* Vet. vulgat. *Et ſi ipſa nolverint.* Rufinus: *Quinimò ſi cunctabuntur.* Hieronymus: *Quòd ſi venire nolverint.* & ex eo Sophronius: Εἰ δὲ ἐπιλάθοιτο μὴ θελήσειεν.

50. ἐγὼ βιάσομαι.) Metaphraſt. ἐγὼ δὲ βιάσωμαι. Anglican. *Ego vim faciam.* Hieronymus: *Ego vim faciam ut devorer.* atque ex eo Sophronius: ἐγὼ βιάσωμαι, πάθων καταβρωθῆναι. Rufinus: *Ego vim faciam, ego me ingeram.* Similiter & vetus vulgatus Ignatii interpres: *Ego ipſis vim ingeram, ego urgebo.* ut quidem habent libri editi: nam in duobus MSS. Oxonienſib. ſimpliciter legitur; *Ego eis vim faciam.* Huc reſpexerunt Græci in Menæo, ad 29. diem Januarii, hoc Martyrem celebrantes elogio. Ἀνάφαντος ἐγὼ, Ἰησοῦ, σῇ ἀνάπτομαι σταυρῷ πεζὸν & ἄφοβον σὸν θεράποντα, δῆρις καταβάλλουσι ἐν τῷ κόσμῳ χαρίεσι σε μόνῃς τὸν σὸν παθόμενον ὁρᾶσθαι. *Chriſte pro te in cruce ſuſſixa veſtanus roboratus, ô Ignati Theophore, beſtiis laceſſiſti, ut te à mundo ad deſideratum tuum amorem traducerent.*

51. Συγγνώμην μοι ἔχετε.) Rufinus: *Date, quæſo, veniam.* Hieronymus: *Ignoſcite mihi, filioli.* & ex eo Sophronius: Συγγνωτέ μοι, τεκνία.

52. μανθάνω με ζηλῶσαι ἐμὲ ὀφείλων καὶ ἐμὲ ἀφεῖσθαι.) Deſiderantur iſta in Metaphraſte, ſed non in Euſebio: ex quo Rufinus, nimis laxè, ita expreſſit. *Faceſſat invidia, vel hu-*

manæ

mœrè affectus vel nequitiæ spiritalis. Hieronymus, nimis restrictè: *nihil de his quæ videntur desiderans*. quod ex eo Sophronius ita denuò convertit; οὐδὲν τούτων ὧν ὀφθαλμὸν ἐπιθυμῶ. Vetus vulgatus Ignatii interpres: *Nulli æmulor visibilium & invisibilium*. Anglicanus verò ille alter; *nihil me æstuare visibilium & invisibilium*. infinitivum ζηλοῦσθαι connectens cum eo quod proximè præcesserat, Οὐδὲν ἄρχεμαι μαθητὴς εἶναι.

53. Πῦρ, καὶ σταυρὸς,) Conjunctio, non solùm in libris editis, sed etiam apud Eusebium & Metaphrastam, comparet: à Rufino tamen (apud Gildam) & Hieronymo (ejusque Græco interprete Sophronio) ea abest.

54. ἁρπαγμαὶ, διαῤῥοπαὶ,) A nostro Interprete, neque à Rufino, Hieronymo & Sophronio solùm, sed etiam ab ipso Eusebio, voces istæ absunt. Habentur tamen apud Metaphrastam, & in nostris libris, atque vetere vulgato Latino interprete; à quo tamen singulariter sunt redditæ. *abscissio, separatio*.

55. συγκοπαὶ) Pluraliter etiam legit Eusebius: & ex eo Rufinus (apud Gildam) *discerptionésque* vertens. sed singulariter Metaphrastes, συγκοπὴ: & uterque vetus Ignatii interpres; nec non Hieronymus, atque ex eo Sophronius.

56. ἀλυσμοὶ) ἀλησμοὶ in Eusebio, ἀλασμοὶ apud Metaphrastam & in Nydpruceano codice, perperàm scribitur. *Molitiones* noster Ignatii interpres vertit, *tanquam molita farina attritiones* (ut apud Eusebium vocem exposuit Christophorsonus:) à verbo ἀλήθω, quod *molere* significat, vocabuli origine deductâ. *Contritio*, eodem sensu, ab Hieronymo redditur; hoc est συντριβὴ, ut ex eo expressit Sophronius. At ἀλυσμοὶ in Augustano habetur exemplari: quod à Morelio *conflictio* (ad ἄλυσιν, id est, *catenam* relatâ vocis origine) à Vaillenio (eumque simpliciter hic secutis Mæstræo & Vedelio) sensu planè contrario, *solutio* vertitur. Quid verò ἀλυσμὸς sit, Galenus, exponens illud Hippocratis in Prognostico, ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει, ita explicat. τοῦτο τύπημα δηλοῖ τὸ δυσφορεῖν ἅπαντα χήματα, καὶ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο. & in Lexico suo Hippocratico: Ἀλύζει, ἀπορεῖ, ῥιπτάζεται, interpretatur; & Ἄλυσμὸν, ὅταν καὶ ἀλυσίν τινα καὶ πάνοδον, ὃ δὴ καὶ ῥιπασμὸν καλοῦσι. cujusmodi πάθος in Achille, ob Patrocli sui cædem secum conflictante, sub postremi Iliadis libri initium elegantissimè describit poëtarum Princeps.

Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ αὖτε πρηνής· τόφρα δ' ὀρθὸς ἀναστὰς,
Δινεύεσκ' ἀλύων περὶ τεῖχος ἀλόχῳ.

eumque, in Satyrâ III, imitatus Juvenalis:

——*noctem patitur lugentis amicum*
Pelida; cubat in faciem, mox deinde supinus.

Ἔστι δὲ ἀλύειν, inquit ad illum Homeri locum Eustathius, τὸ ἀδημονεῖν καὶ οἷον ἑλκλύδωνα. In Ve. quoque Iliadis, de Venere vulneratâ canit idem:

Ὣς ἄρα θ'. ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο.

ἀντὶ δὲ διορθοῦσι καὶ ῥιπτοζαμένη: inquit in Hippocratici sui Lexici principio Erotianus. Hesychio ἀλύουσι exponitur ἀδημονοῦσι: & ἀλύοντες, ἀδημονοῦντες, ἢ ἄγαν λυποῦντες καὶ ἐμμανῶς ἐλέγοντες.

57. καὶ κόλασις δὲ διαβόλου, ὅτι' ἐμὲ ἐρχόμενον.) Euseb. κολάσεις δὲ διαβόλου εἰς ἐμὲ ἐρχόμεναι. Similiter & Metaphrastes: nisi quòd cum nostris libris conjunctionem καὶ retineat, & ὅτι' ἐμὲ legat. Noster Ignatii interpres: (& cum eo Robertus Lincolnienſis, Commentar. in Dionysii lib. de divinis nominib. cap. 4.) *mala punitiones Diabolis in me veniant*. Vetus vulgatus: *& damnatio Diaboli; omnia in me veniant*. (ita enim legunt MSS. codices; non, ut Jacobus Faber edidit, *flagella Diaboli omnia in me veniant*.) Rufinus, apud Gildam: *& omnia in me unum supplicia Diaboli arte quæsita consentant*. Hieronymus: *& tormenta Diaboli in me veniant*. &, ex eo, Sophronius: καὶ βάσανοι διαβόλου, εἰς ἐμὲ ἔλθωσιν,

58. Τὸ

58. Τὰ πίστις) Ita etiam legit noster Interpres: sed Metaphrastes, τὰ πρὸς θεὸν, *juvam, dotatis.*

59. ἐμοὶ συναθλῆσαι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ) Metaphrast. μοὶ συναθλῆσαι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ: cum quo facit & vetus vulgatus Ignatii interpres. nam Anglicanus noster priorem lectionem est secutus.

60. πλὴν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ ἀπολείσει.) Metaphrast. καὶ ζημιωθῇ πλὴν μαρτυρίᾳ αὐτοῦ, ex Matth. 16. 26.

61. Θεοῦ) *Dei* nomen, quod ab Augustano codice aberat, ex Græco Nydpruccianoque & vetere vulgato Latino restituendum est.

62. ἵνα ἀναζήσω.) Pro istis (quæ à Metaphrastâ absunt) vetus noster Interpres subjecit. *Illum volo, qui propter nos resurrexit. Illa lucrum mihi adjacet.*

63. Συγγνωμονεῖτε) Metaphrast. Συγχωρεῖτε.

64. μὴ ἐμποδίσητε μοι εἰς ζῆσαι θέλοντι.) Metaphrast. Μὴ ἐμποδίσητε μοι ζῆναι. Anglican. *Non impedias me vivere.* Vet. vulgat. *Ne mihi impedias ad vitam:* ut habent MSS. vel ut, Græcismo rejecto, in libris editis habetur emendatum: *Ne mihi impedimentum opponatis ad vitam.*

65. μὴ θελήσητε) Metaphrast. μηδὲ θελήσῃ.

66. Τῷ Θεῷ θελοντί με εἶναι, κόσμῳ μὴ φανερωθῆτε.) Ver. vulgar. *Deo volenti esse, mundo non placeam.* Anglican. *Deo volentem esse, per mundum non separetis me* (φανερωθῆτε) *neque per materiam seducatis.*

67. ὀπίσω) Metaphrast. ὀπίσω χάριν.

68. ἐπιχείρησόν μοι μιμητὴν εἶναι πάθους τοῦ Χριστοῦ Θεοῦ μου.) A Theodosianis & Gabinitis hæreticis, apud Anastasium Sinaitam in Ὁδηγῷ, ita citata invenitur hæc sententia: Ἐάσατέ με μιμητὴν εἶναι πάθους Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μου. Ver. vulgat. *Concedite mihi, ut sim imitator passionis Dei mei.* Anglican. *Sinite me imitatorem esse passionis Dei mei.*

69. ἐν ἐσχάτῳ) Ita Metaphrastes, & utrique vetus Latinus interpres: ubi codex Augustanus & Nydpruccianus habet, ἐσχάτου.

70. ἐμπαθὴς πω) Metaphrast. ἐμπαθὴς πώποτε.

71. μᾶλλον ἐμοὶ γένωνται.) Lib. Nydpruccianus: μᾶλλον δὲ παρέχητε.

72. τοῦ Θεοῦ.) Ita idem codex habet: ubi alii, τοῦ Θεοῦ, & Anglican. *Dei mei;* cum quâ lectione aptiùs quadraret ἐμοῦ quàm ἐμοὶ γένωνται.

73. σκηπτῆτε.) Metaphrast. ἐκδυμεῖτε. & Anglican. similiter: *concupiscatis.*

74. βασκανίαν.) Anglican. *Invidiæ.* Vet. vulgat. *Fascinos;* non, ut habent libri editi, *Facinus.*

75. μηδὲ ἐὰν ἐγὼ ὑμᾶς παρὼν ἀξιώσω, πείθεσθε.) Metaphrast. μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακελεύωμαι ὑμᾶς, πείθεσθε μοι.

76. πεισθῆτε, οἷς) Metaphrast. πείθεσθε, οἷς ἐγὼ.

77. ζῶν γὰρ γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ διὰ Χριστὸν ἀποθανεῖν.) Metaphrast. ἐξ ὧν γὰρ γράφω ὑμῖν, ἐρῶ τοῦ ἀποθανεῖν. *Ex iis enim quæ scribo ad vos, mori cupio.* Anglican. *Vivens enim scribo vobis; desiderans mori.* Vet. vulgat. *Vivus enim vobis scribo, desiderans mori pro Christo.*

78. Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται,) Dictum hoc celeberrimum ab Origene citatum est, Prologo in Canticum Canticor. & Dionysio, in lib. de Divinis nominib. cap. 4. ut etiam ab ipsius Scholiastâ Maximo, hyperaspistâ Theodoro (in Bibliothecâ Photii, num. 1.) & encomiastâ Michaële Syngelo. De horum verò verborum duplici sensu, videndæ notationes Mæstricii in hanc epistolam, & Halloixii in vitam Ignatii, cap. 10.

79. ὕδωρ δὲ ζῶν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλύλον τι, ὕδωρ δὲ ζῶν λαλοῦν ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγον, Δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα.) Metaphrast. Οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλύλον. ὕδωρ δὲ μᾶλλον

ὑπὲρ ζῶσ᾽ ἢ μᾶλλ᾽ ὲ ἐμοὶ, ἐνθὲν μοι λέγων, Δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. *Non est in me ignis mundana materia* (vel rei ullius terrenæ) *amans; aqua autem potiùs viva & in me loquens, quæ intus in me dicit: Veni ad Patrem.* Noster Interpres. *Et non est in me ignis amans alicujus corporei, sed vivens & loquens est in me, intus me dicit; Veni ad Patrem.* Vet. vulgat. *& non est in me. Aqua autem ista viva manet in me, intrinsecùs mihi dicens; Veni ad Patrem.* Græci in Menæo, die 20. Decembris. Οὐκ ἔχει πῦρ φιλόϋλον ἐν σοι, Ἰγνάτιε· ὕδωρ ἢ ζῶν μᾶλλον καὶ λαλοῦν, Δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα· ὕδωρ τὸ ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν μεταχωρῆσον ὑμᾶς. *Non habuisti in te ignem terrenorum appetentem, ô Ignati, sed potiùs aquam vivam & dicentem: Huc ad Patrem, aquam salientem, à vitâ in vitam nos transferentem.*

80. ἤδομαι) Nydpruccianus codex habet ἤσομαι.

81. ἐπὶ ἡδονῇ ἢ βίῳ τούτῳ.) Metaphrast. οὐκ ἐπιθυμῶ τῶν ἢ βίου τούτου. Vet. vulgat. *neque voluptatem vitæ hujus desidero.* sic enim MS. Magdalenensis & Petavianus legit; non, *hujus mundi*, ut alii.

82. ὃ ἐστι σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἢ υἱοῦ Θεοῦ.) Ita Metaphrast. Noster Interpres: *quod est caro Jesu Christi.* Vet. vulgat. *qui* (vel *quæ*, ut habet Magdalenensis codex) *est caro Jesu Christi filii Dei* (νἱοῦ addituri libris excusis: quod à MSS. uti etiam à Græco, abest.) Hocautem in loco non agi de Sacramento Eucharistiæ, (ut putavit Baronius, ad ann. 34. §. 59. & 109. §. 151.) sed de ipsius Dei fruitione in cœlo per martyrium, in Notationib. ad 20. caput vitæ Ignatii, ostendit Jesuita Halloixius.

83. πῶμα πίλω) Metaphrast. πῶμα Θεοῦ πίλω.

84. σῶμα) Ita Metaphrastes, & uterque vetus interpres Latinus: non πῶμα, ut codex Augustanus & Nydpruccianus habet.

85. χριστῷ συνεσταύρωμαι. &c.) Pro verbis his, ex Galat. 2. 20. petitis, Metaphrastes legit: Θελήσατε δὲ, ἵνα καὶ ὑμεῖς σταυρῶσθε. & noster Interpres: *Velite autem, ut & vos crucifigamini.* Quamquàm pro vulgatâ lectione facit illud in Græcorum Menæo, Decemb. 20. Ἐμοὶ δὲ ἀεὶ τὸ πάθημα ὁ ἱερομάρτυς, ἐκφεύγει οὐδὲ πῶς ἐν μέσῳ ἅμα κινδύνῳ. χριστὸν δίκαιον χαίρων. χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ ἢ οὐκ ἔτι ἐγὼ· ζῇ ἢ, φησὶν, ἐν ἐμοὶ μάρτυς χριστός. *Tanquam fortis semper evasisti, cum desiderio clamavit sanctus martyr in medio periculo. Christum gaudens insequor. Cum Christo sum crucifixus. Vivo autem jam non ego; vivit verò in me (inquit) solus Christus.*

86. μὲ φθονήσητε μοι.) Desunt ista & in Metaphrasta & in nostro Interprete. Vet. vulgat. *ne modo obstiteritis*, vel (ut in Magdalenensi & Petaviano codice legitur) *observetis.*

87. ὁ Θεὸς ἢ Πατὴρ, ἢ ὁ Κύριος.) Ita & Vet. vulgat. *Deus & Pater & Dominus.* Sic veniunt habenti codices MSS. licèt in Magdalenensi prior conjunctio desit; & libri editi auctiorem lectionem exhibeant. *Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, & ipse Dominus.*

88. Ἰησοῦς ὁ χριστὸς φανερόσει ὑμῖν ταῦτα, ὃν ἀληθῶς λέγω.) Metaphrast. Ἰησοῦς ἢ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, τὸ ἀψευδὲς σῶμα, ὃν ἀληθῆ λέγω.

89. ἢ ὑμεῖς συνεύξασθέ μοι, ἵνα τῆς σπουδῆς τύχω, ἐν πάθημαι ἀγίῳ.) Pro his Metaphrastes tantùm habet: αἰτοῦμαι δὲι ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. & noster Interpres: *Petite pro me, ut attingam.*

90. ἠσπάσατο.) Anglican. *voluistis.*

91. ἀγχῆ) Metaphrast. ἀγωνιχῆ.

92. χρίται τοῦ Κυρίου.) Id. τοῦ Θεοῦ πάχρηται.

93. ἢ μόνῳ αὐτῷ ἐπισκόπῳ.) Id. Μόνῳ αὐτῷ Ἰησοῦ Χριστῷ ἐπισκόπῳ. & noster Interpres: *Solus ipse Jesus Christus vice Episcopi sit.* Vet. vulgat. *qui visitavit eam*; vel, ut in MSS. habetur, *& solus eum visitavit*, vel *visitavit* potiùs; ut in quibusdam legitur.

94. ἔκτρωμα.)

94. ἐκτρώματι.) Vet. vulgat. *purgamentum.* Anglican. restituit: *abortivum.* et 1. Corinth. XV. 8.

95. εἰς ὄνομα.) Ita Metaphrast. & noster Interpres: *in nomine.* Codex verò Nydpruccianus, ὡς ὄνομα, & Vet. vulgat. *sicut nomen.*

96. τῇ σαρκί.) In Metaphrastâ additur, τῇ κατὰ σάρκα, & in nostro quoque Interprete: *quæ secundùm carnem.*

97. συνήλικας.) Metaphrast. συνηθεῖς. & noster: *præsertim.*

98. ἅμα ἐμοὶ σὺν πολλοῖς καὶ ἄλλοις.) Metaphrast. σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ.

99. σοὶ τῷ συγκλίτῳ.) Id. τῷ συγκλίτῳ σου. Anglican. *de adventoribus mecum.*

100. ὃς πρέπον ἐστὶν ὑμῖν καὶ πάντα ἀναπτύσσω.) Ita & Anglican. *quæ decens est vos secundùm omnia quærere.* licèt vetus vulgatus legat: *& apud vos me oportet in omnibus requiescere.* ubi illud [*in omnibus*] ex Magdalenensi & Petaviano MS. restituimus.

101. τῇ πρὸ ἑνὸς καλανδῶν Σεπτεμβρίων.) vel, Σεπτεμβρέλ; ut in Metaphrastâ. In Mæstræi & Vedelii editione, τῇ πρὸ ἑνὸς καλανδ. perperàm est excusum. Et Græcis quidem Kalendas in proverbium abiisse, nemo est qui ignoret. Verùm ad Romanos scribentem, Romanis consuetâ temporum notatione uti, quis tarioni consentaneum esse non existimaverit? præsertim cùm ab aliis scriptoribus Græcis, qui sub Romano vixerunt imperio, hoc factitatum videamus: ut in Hippolyti Canone Paschali, Epiphanio, Socrate & aliis historicis observare licet.

102. εἰς πάλον,) ἁγιστοῦ, in Metaphrastâ additur.

103. Χριστ.) Ἰησοῦ, in eodem additur: ut & in editione vulgatâ Latinâ; quanquàm in eâ etiam, à Magdalenensi & Petaviano MS. abest.

In Epistolam ad Philadelphenos.

Πρὸς Φιλαδελφεῖς, vel Φιλαδελφίους, ut in codice Nydpruccianus legitur. *Philadelphenos* eos appellat Plinius. Hæc verò, & sequens ad Smyrnæos epistola Troade missa est: sicut quatuor præcedentes scriptæ sunt Smyrnæ, quod etiam ab Eusebio, lib. 3. Histor. cap. 36. 37. est notatum.

1. ἐν ἀγάπῃ) Anglican. *Asia.*

2. τῷ μετὰ ἀμώμου διανοίας,) Anglican. *Domini vestri* (ut D. Montacutii) vel, *Domini Jesu Christi* (ut Cantabrigiensis habet MS.) *inseparabiliter.* Vet. vulgat. *Domini nostri indiscretè*, sic enim ex MSS. restituimus: ubi editi legunt, *Domini indivisa.*

3. ἀμίαντον. Anglican. *incoinquinatum.* Vet. vulgat. *singulare.*

4. ἐστηριγμένον ἀπὸ βεβαίων) Anglican. *firmavit in firmitudine.*

5. οἰκοδομῇ πνευματικῇ) Ita ex codice Nydpruccianus reddidimus: ubi Augustanus οἰκοδομὴ πνεύματος, & Mæstricus οἰκοδομὴν πνεύματος, exhibebat. Noster verò interpres, *sanctæ spiritûs ipsius* (ut est in Cantabrigiens.) vel, *sancto ipsius spiritu* (ut in D. Montacutii est exemplari) hic legit: reliquis illis superfluis omissis, quæ sequuntur in hac ἐπιγραφῇ.

6. συγκλώστας) Nydpruccian. συγκλώστρις, rectiùs.

7. ἔγνων) Augustan. corruptè, ἔγνον.

8. Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ θεῷ Πατρὶ) Anglican. *Dei Patris & Domini Jesu Christi.*

9. τῷ πόλῳ καλλίστῳ.) Id. *qui vana sequuntur.*

10. ἀλλοίας, φθόγγοι τῶν μετεμόν τῆς ἐντολῆς.) Idem, ἀλλοίας & μετεμὸν conjungit, omissâ illâ additione τῆς ἐντολῆς. *Veritatis fugite partitionem.* ubi & Glossa hæc apponitur. *Licèt veritas sit impartibilis; tamen eam videntur partiri, qui sectas varias adinvenerunt vel sequuntur.*

11. τῇ κακοδιδασκαλίᾳ) Ita cod. Nydpruccian. non, τῆς κακοδιδασκαλίας, ut in Auguſtano. Anglican. *malas doctrinas.* Vet. vulgat. *malam doctrinam.* licet in Magdalenenſi & Petaviano MS. legatur etiam, *malæ doctrinæ.*

12. μὴ αἱρετιωτῶν) Vid. Prolegomena, in fine cap. XI. pag. 79.

13. βοτανῶν) Anglican. *herbis.* non, (ut in Veti vulgat. per errorem eſt ſcriptum) *verbis.*

14. ἀλλὰ φυλασσαλίζεσθε ὑμᾶς ὡς τέκνα Θεοῦ.) Vet. vulgat. *ſed munientes vos ut filios Dei.* Anglican. *ſed abſtractionem.* quaſi diceret (inquit hic Gloſſa) *Non tàm moneo vos fugere partitionem, quaſi invenerim eam apud vos: ſed potiùs invenio apud vos à materialibus & partibilibus abſtractionem.*

15. ὅσοι γὰρ Χριστοῦ εἰσιν,) Anglican. *Quotquot enim Dei ſunt & Jeſu Chriſti.*

16. ἀλλ') Auguſtan. ἀπ', malè.

17. ὅσοι ἂν μετανοήσωσιν.) Vid. Prolegomen. cap. XI. pag. 77, 78.

18. ἔξωθι Ἰησοῦ Χριστοῦ &c.) Anglican. *& ipſi Dei erunt; ut ſint ſecundùm Jeſum Chriſtum viventes.*

19. ᾧ ὄντι ἐν τῇ ἀληθείᾳ.) Id. *ſchiſma facientem.*

20. ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ.) Uterque vetus interpres vertit; *in alienâ ſententiâ.* id eſt, in ἀπιστοδοξίᾳ ſive *falſâ doctrinâ*; ut exponit Vedelius.

21. ἀλώπεκες, φθορεῖς ἀμπελῶνος Χριστοῦ.) ex Cantic. 2, 15. Vet. vulgat. *fraudator & corruptor vineæ Chriſti.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. cap. 13. πάντοι καὶ φθορεῖς, ἀλωπέκων μισέλπις, καὶ χαμαιζήλων ἀμπελώνων ἀφανισμέ.

22. ἐκπειράσει.) Nydpruc. ἐκπειράσαι. Reſpicit ad locum Pſalmi 138. (Hebr. 139.) 21. ubi vox Græca eſt, ἐξεπεκόμενε.

23. ἐκδῦσαι.) Vet. vulgat. *adquieſcant.* vel, ut alii, *cedant.*

24. διὸ τὸν ἕνιον ἄρτον ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου καὶ ἀδίκων, καὶ βρέχοντος ἄνω τὸν ὑετὸν ἐπὶ πονηρὸς καὶ ἀγαθούς.

25. παρακαλῶν ὑμᾶς, μίαν πίστιν, καὶ ἐν κηρύγματι, καὶ μίαν εὐχαριστίαν χρῆσθαι.) Anglican. *Studete igitur unâ gratiarum actione uti.*

26. ἓν ποτήριον τοῖς ἕνοις διενεμήθη.) Anglican. *unus calix in unionem ſanguinis ipſius.* Vet. vulgat. *unus calix totius Eccleſiæ.* neque aliud noſtri libri habent, quod reſpondeat Græcis illis omnibus: ἓν ποτήριον [τοῖς ἕνοις διενεμήθη, ἓν θυσιαστήριον] πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. ut intermedia illa, unea incluſa, ex interpretatione hâc excidiſſe videantur.

27. ἓν θυσιαστήριον) *Altare* apud Patres *menſam Dominicam* paſſim denotat: apud Ignatium & Polycarpum, *ſacrarium* quoque. Vid. ſupr. in epiſt. ad Magneſian. not. 42. & ad Trallian. not. 39.

